

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Elswich von

**Bigae Iuridico-Politico Disputatio ...**

**4 : De Liberorum Educatione, Institutione, Scholis, Professoribus, Studiosis,  
peregrinatione**

Rostochii: Saxo, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729139506>

Band (Druck)   Freier  Zugang   

J. von Elsweyck  
R. U. phil. 1615.



BIGÆ POLITICÆ  
DISPUTATIO QUARTA.  
DE  
LIBERORVM E-  
DVCATIONE, INSTI-  
TVTIONE, SCHOLIS, PROFES-  
soribus, Studiosis, peregrinatione.

Q V A M

D. T. O. M. A.

Ex Consensu Ampliss. Facultatis Iuridice in Academia Rostochiana

PRAESIDE

JOANNE Von Elswych Lubecensi.

Defendet

JACOBUS NOLDIUS Malmog. Danus  
21. XV. Die Julij: horis locoq: consuetis.

Seneca. Epist. 76.

Quid est stultius, quam quia diu non didiceris, non discere? omnis etatis  
homines Schola admittit. Tamdiu docendum est, quamdiu nescias. Si  
proverbio credit, quamdiu vivas, etiam seni discendum est.



ROSTOCHII,

---

Excudebat MAURITIUS SAXO.  
Anno M. DC. XV.



## THEISIS I.

**V**idimus mutua mariti, & uxoris officia; in aciem deduimus herilem in servos potestatem, & servorum in dominos fidem: diximus de parentum in liberos officijs, & liberorum in parentes observantia; dicendum jam de juventutis educatione, institutione; cui ob similitudinem argumenti quædam de Scholis, Academijs, Professoribus adjungo; denique de peregrinatione nonnulla subneceto.

## II.

Magna est Patrum sollicitudo, assidua hortulanorum cura, ne lactescentes, & molles surculi, gelicidijs premantur, ne arbores uredine, plantæ sideratione, segetes pruinis ac rubigine infestentur; quidni etiam eam in curam parentes incumberent, ut liberos, Dei donum, & ceu plantas celestes rectè curent, foveant, gubernent. Ut enim in semente posita est spes messis: ita totius reliquæ vitæ exspectio ab educatione pueritiae dependet. Muret. Orat. 2. vol. 1. Prognosticon si petis de Reip. felicitate vel interitu, juventutis educationem inspice, ea si probe curetur, Reipub. felicitas & ornamentum est, Schonb. i. Polit. 8 M. Phil. S. Chr. Zornius in orat. de Doctoris & prec. boni notis in vol. 2. or. Iun. Veflen 3. Excerc. Eth. th. 44. Edmund. Rischer. obstr. anim. c. 3. n. 1. Dresser. 2. Reth. p. 504. Ioan. Himmelius idea boni gymnasii pag. 1. Kecker. 1. Syst. pol. c 9 p. 191. Ciphan ad cap. 9 lib. 5. pol. Aristotel. pag. 645. M. Sperling. or. de Schol. Ioan. Huswedel. or. Schol pag 14. Gualther. lib. 2. dual. de Schol. p. 84. & seqq. Cas. 5. S. Civ. c. 11. P. Gregor. lib. 18. de Rep. c. 1. Christ. Sturtz de Imp. Germ. c. 13. n. 1. & c. 16. n. 1. lute: cinq. filius, Du. Azadrias d. i. pol. th. ult. lit. F. M. Ioan. Forthman. orat. de Scholis. Muret. d. I p. 16. Befold. Clas. 2. diff. i. th. 6. Aristotel. 8. polit. i. Simanc 9. de Rep. 25. Iunius p. 23. quæst. pol. q. 39 p. 54. Si negligatur contra Dei præceptum agitur. Deuter. 4. & 5. Eccles. c. 30. P. ad Eph. c. 6. & peccatis familiæ alitur. Plut. de lib. educ. Ospr. lib. 1. de reg. insit. Sileo quod bene educati liberi parentes ornant: degeneres deformant. quod non raro fit. Habuit enim Adamus, Cainum Genes. 14. Noah, Chamū Genes. 9. Isaacus, Esau Gen. 27. Samuel, Joelem & Abiam 1. Reg. 18 David, Absolon 2. Reg. 7. August. Iuliam adulteram, Suet. in Aug. Severus, Bassianum fratricidam Spartan. in Sever. &c.

*Educa  
marcas  
in hanc*

*nale-  
cens-*

## III.

*Heronis fīlī  
autē, hīc  
dicit*

Sed cur dicat mihi aliquis *īgōnōn tēkōn wīmān* Heroum liberi p̄iārumque noxæ? Demosthenes *fato*, quo omnia in pejus ruunt Aristotel. 2. Rhet. 15. c. de nob. mor. & ingen. *Naturæ*, qua ut terra nonnunquam fœcunda arbores uberes & fructus proferentes nascuntur, quæ deinde paulatim sterilescunt. Sic in una aliqua familia multi præclari nascuntur, mox degeneres succedunt. Aliis aliæ: nobis quædam divinæ, quædam morales. Ac divinæ quidem duæ sunt, una universalis, altera specialis. *Universalis Dei providentia*, cujus nutu omnia quæ hoc universo continentur, reguntur. Nam à supremo illo numine omnia ita sunt directa, ut quando ad summum pervenerunt, sensim deprimantur, & ad ima dilabantur. Specialis est Dei justitia, quæ ab hominibus recte facta, præmiis ornat, secus acta, poenis gravissimis vindicat. *Morales sunt educatio præpostera*, deinde blanda patrum indulgentia, denique fortuna secunda. Videat qui volet hanc questionem plenius discussam à M. W olfg. Heider. in orat. de hac quæst. Iene hab. Richter. in axiom. econ. ax. 15. pag. 75. Sagittar. Exer. Exoter. 16. th. 3. pag. 405. Tiraq. de nob. c. 22. n. 25. Castell. de. offic. Reg. lib. 1. c. 2. Velfsen. Ex. Ethic. disp. 14. q. 5. Iunium quæst. pol. p. 2. q. 53. Christ. Sturc. de Imp. Rom. c. 17. n. 24. & seq. Schonb. 1. Polit. 8. pag. 56. Iunius vol. 2. orat. p. 610. & 443. & vol 1 pag 803. Kecker. C. P. disp. 21. q. 12. P. 47. trit. lib. 1. de Rep. tit. 6. Ioan. Babt. Lencicum. obs. pol. 58.

## IV.

*Edicāt  
līt  
beat?*

Cum autem plurimum intersit, qua ratione instituantur, nam quo semel est imbuta recens testa, eum odorem servabit diu, aliquot monita, parentibus, iis tamen, qui ex ferocissimo optimum animal, ut Plato dicebat, transformarier cupiunt, ex historicorum, & Philosophorum scriptis deprompta, proponam. Omnem itaque saxum Parentes moveant, ut, cum à natura liberi inopes consiliij, plura vel errore, vel' mentis aliqua permotione, quam ratione agant, propensi ad libidines, proclives ad voluptates, disciplinæ, quam Diogenes juventutis frenum, virilis ætatis ornementum, senectutis perfugium, divitum securitatem & præsidium, tenuiorum annonam certissimam & præsentissimam appellat, laudabili addicantur. Hæc malam naturam corrigit, & veritatem in

*Disciplinæ*

tit in bonam: Hæc est illa res omnium maxima, quam oracula  
Atheniensium juventutis auribus inculcandam dixit, non ut illi  
stolidæ putarunt, aurum vel margaritæ.

V.

Sed videamus utrum parentes præceptoris officio recte defungi possint? neminem enim esse credo, qui non id lubenti animo, si affectus illum, aut nimis remissum, aut nimis semper attentum efficere & præstare vellet. Complures tam ardenti liberorum promovendorum, flagrant desiderio, ut uno eodemque tempore, tenerima ingenia præceptionum multitudine, & sedulitate extra ordinaria obruant: fitque ut dum luculentissimum disciplinæ oleum in vas angustissimum instillant, totum effundunt, non recondunt, perdunt, non seponunt. Complures nimio in liberos amore inebriati, ad docendi officium penitus caligant, qui pingue-sonantem filiorum blasphemiam, elegantissimum sermonem, festinantem usque ad imum spirium linguam, gravem & decoram pronuntiationem, nævos in facie lumen quædam, & stellas esse putant. Complures à lecto, non à fundamentis architectantur, novamque & ridiculam docendi rationem meditantur. Hic liberos suos ante doctos, quam ullius doctrinæ aut eruditioñis capaces ante Jurisconsultos, quam Grammaticos, sapientes, quam eloquentes efficere nititur: Hic ex liberis nobiles psittacos facit, quamprimum enim tantum abest ut non legere possint, ut fari incipient, Græcam & Hebraicam Orationem Dominicam, Symb: Apostolicum &c: præ mensa stantes, recitare, debent, hinc isto pueru nullus in urbe doctio...

V I.

Quæ cum ita sint, & parentes ob munera, & multifaria negotia tantam curam, quanta requiritur, impendere nequeant, consultum esse judico, ut si modo eis per fortunas liceat, præceptoribus bonis erudiendos tradant, ne tam imamensum, tam difficile, tam laboriosum studiorum pelagus, sine optimo Duce & gubernaculo ingrediantur. Sapienter igitur sapientes antiqui, potius Reipub. quam parentib. liberorum educationem demandandam esse voluerunt. Et siccirco apud Lacedæmonios, & Thurienses, qui juvenem

N 3

quempiam

C. de la  
Zentrum  
Berlin!

22

33

Præcepto  
re et alia

q̄ temp̄iam aliquid indecori patrare vidisset, nec quasi filium prō-  
prium redarguisset, emendassetque, tanquam malus & degener  
avis multatabatur. A qua laudabili institutione tantum hodie de-  
diximus, ut jam parentes, nec liberos proprios, recte tracta-  
re, nec aliorum monita, aut repræhensiones tolerare, & per-  
ferre queant.

C. de Scholis  
publicis

## VII.

Verum autem melius domi, quam in scholis pueri erudiantur? va-  
riè disseritur. Et primò certissimum est, juvenilis ætatis affectiones  
esse perquam plurimas, Majol. dier. canic. t. 4. coll. 2. pag. ibid. seqq. late  
& eleg. omnium autem deterrima hæc, quod ut Plin. lib. 8. Epist. 23.  
sit. sibi sapere videantur, sibi ipsi sint exemplo, neminem verean-  
tur, imitentur neminem. Hinc sit, ut Emundus Richerius c. 2. n. 2. obſter.  
anim. p. 13. & 17. addit, ut quamprimum aliquid vile & tritum, quale  
solent pueri in fabis repererunt, tanto fastu & arrogantiâ tumeant,  
ut universas artes & scientias supercilioso, tanquam cœlum hu-  
meris Atlantis, imiti existimant, omnesq; alios blennos, bards  
reputent. Verum cum in scholam introducet semel atq; iterum in-  
genij periculum fecerint, eos plus nihil scire comperiunt. Cum  
enim neminem præter suos domesticos inspiciant, nemini se compa-  
rent, & ita soli sibi solis docti videntur. Deinde melior est publi-  
ca ad honestam æmulationem, ad Reip. Sapientiam & utilitatem,  
ad amicitiam deniq; colendam, fovendam, unde publica illa pax  
& concordia. Late M. Ioann. Huuvedel. orat. scholast. hanc quæst. persequi-  
tur non minus: quam doctè Quintil. lib. 1. c. 3. & seq. Emundus Richerius c. 3.  
obſter. anim. n. 3. & 4. Junius part. 2. quæst. polit. quæ 43. in utr. part. & vol. 10  
septem orationib. pertractat. pag. 790. Keckerm. Syst. polit. lib. 1. c. 9. p. 193. &  
curs philos. disp. 28. quæst. 24. p. 274. Arnis. pag. 430. de Rep. Schonb. lib. 1. Polit.  
c. 8. p. 54. Cas. Sph. Civit. lib. 8. c. 1. Hænon. disp. 5. polit. th. 7. pag. 83. P. Gregor.  
lib. 18. de Rep. c. 6. n. 11. Timpl. lib. 2. Oeconom. c. 4. q. 17. Besoldus cl. 2. disp. pol. d. 1.  
th. 12. Ioan. Gerhard. dec. 8. q. 7 Gualther lib. 2. dial. schol p. 139

Lubeca non  
mittit  
Pz. Lubec  
n.

Laudandus itaq; Magistratus Lubecensis, Scholasticos (ibi  
Schulē) istos, qui privatis rationibus omnem pueris hippoere-  
nem se non instillaturos, sed infusuros falsò profitentur, in urbe  
non tollerans. Majores nostri propria, & monoplia peregrino-  
rum severè prohibuerunt, ne quod cives capere commodū oportet.

ret.

ret, id hospites interciperent, cur igitur & illos literarum mercatores, forum ludiliterarij nunquam, aut certe raro frequentantes, libere vagari, & suastantū res agere, cū detimento Scholæ tolerarēt?

## IX.

Sicco, quod dicitur, hic pede præterire, nequeo, duas, notatu dignissimas Romanorum consuetudines, de missione ad scholas: quas ab antiquitate veneranda, ex probatissimis quibusdam auctoribus diducam. Solebant Romani veteres liberis suis addere aliquem ē servis, seu vernalis, sive & ē libertis, quos domi suæ habebant, qui eos literis & moribus non tantum privatim institueret, sed quo etiam duce & comite ad scholam irent & domum redirent. Hunc pædagogum & custodem indiscriminatum appellabant. Plaut. in prol. Mercat. v. 88. & seq.

Servum una mittit, qui olim à puero parvulo  
Mihi pædagogus fuerat, quasi ut mihi foret

Custos

Idem in Bacchid. act. 1. scen. 2. v. 29. &

30. & in Captiu. act. 3. scen. 5. v. 50 Horat. de art poët. edit. Bersm. pag. 446. Imberbis juvenis tandem custode remoto, Gaudet equis &c. & lib. 1. serm. satyr. 6. ipse mihi custos &c. & Satyr. 4. Dum custodis eges. &c. Luc. Fru-  
terius p. 2. verisim. c. 11. nec mirandum, cum & servi Philosophi fue-  
rint Hier. Mag. de tintin. in præf. p. 16. Abhoc autē alias erat, quem capsar-  
ium dicebant, qui simul cum illo puero comes, sed non ut ille.  
Libros enim tantum portabat in scholam, nec aliud ei munus Vlp.  
in lib. 13. ff. de manumis. vindicta Suetonius in Neron. c. 36. Iuvenal. Satyr. 10. Go-  
thofred. in l. h. ad. d. l. 13. Gualtherus conjectan. philologic. p. 8. 9. & 10. mihi. Di-  
cuntur & capsarij, capsarum artifices l. ult. ff. de. jur. immunit. item qui  
pro mercede vestimenta in balneis servant l. 3. §. 5 de off. præf. vigil. &  
addit. Comm. in Iuven. satyr. 3 quod variis balneaticis muneribus fungebantur,  
puta fricabant, ungebant. Schardius in voc. capsar. Cuiac. 5. obs. 8.

## IX.

Soliti etiam sunt Romani viris præceptoribus filias suas eru-  
diendas dare. Testis est Appianus Claudius, qui forma puellæ in lu-  
do literario legentis captus est, Dion Halicarn. lib. 11. ant Rom. Attici fi-  
lia M. Agrippæ uxor à Q. Cæcilio Epirota Grammatico Attici li-  
berto instituta. Sueton. lib. de clar. Gram. De Fundani, cuiusdam  
filia eleganter scribit. Plin. lib. 5. Epist. 6. De Thoningia.

N 4

Cassiodorus

Pædagogus  
quales  
erant?

Capsarij

Cassiodorus lib. 4. var. c. x. Idem liquere potest ex D. Hieronymi epist. ad Gau-  
dent. de Pacatiola educat. & in Epist. ad Lætam de inf. filiæ. ubi scribit excer-  
citari solitas in Græcis carminibus & sermonis Latini elegantiori pronuntiatione  
Gualther. lib. 1. διαλογον Schol. mihi p. 62. & seqq.

## X.

*B*ea  
Ad quas igitur Scholas mittendi? Anne ad Scholas Iesuitarum?  
Ego, si pensum stylo & filo nonnihil horridiore pertexere liceret,  
perficerem profectò, ut à Iesuitarum Scholis magis, quam à Salma-  
cidis fonte, vel aqua fluminis Ciconum abstinentum, & velut à  
præsentissima Malea cavendum esse, serio statuatis. Verum satius  
dixisse autumo, si in conflietu nostro probare potuero, quod liberi  
isti Thaidi Babylonicae devoveantur, à vero Deo ad superstitiones  
plus quam Ethnicas præcipitentur, & religionis Lutheranae hostes  
evadant infensissimi, in omnibus ridiculi, in colloquiis vociferatores  
& blateratores impudentissimi. Et licet illi citius, quam alij  
pueros informare posse jactitent, cæterasque Scholas velut Dio-  
genis dolium, aut Trophonij antrum falso derideant: tamen si ipso-  
rum speluncæ aperiantur, scripta & liberi excutiantur, consilia &  
machinationes nefariae perpendantur, ea, quæ de Castelli, & cæte-  
rorum, in tormentis reticentia examinentur, quibus artibus ab iis  
parricidia subornentur, procurenturque, proponantur: certo ap-  
parebit nec bene, nec tuto ab hisce Iesuiticis Sphingibus eruditio-  
nem peti posse. D. Leidhresser. dijss polit. super doctr. capit. inter Acad. Paris.  
& societ. Ies. Patres controv. lib. 2. c. 1, 2, 3. & seqq.. Sagit Exerc. Exot. Eth. 3.  
th. 5. pag. 66. Idem duas eleg. orat. de hac quæst. in solemn. promot. habuit. Ge-  
org. Myl. Sendebrief an die Evangelische Christen in Livlandt/ daß sie  
ihre Kinder in der Iesuiten Schulen nicht thun sollen etc.

## XI.

Quo autem anno ad Scholas allegandi? Hic omnium non eadem  
mens: Alijs ab ipsis quasi incunabilis institutio & educatio incho-  
anda videtur, tūm quod nullum tempus cura vacare, sed illicò ho-  
nestatis forma pu erorum animi molles, tanquam cera inprimi de-  
beant: tum quod non perfecte, quod serò discitur: alij sepri-  
mum annum ad hanc rem constituunt: tum quod commodè tra-  
ctari

etari nequeant, quod ætas intellectum afferat, tūm quod pernicio-  
sum tenellam ætatem instituendi molestia fatigari. Vix enim toto  
tempore, nempe ante septimum annum efficitur, quantum postea  
unus annus potest conferre, ut Hesiodus, Erosthenes, Aristoteles, &  
alii voluerunt. Alij annos non attendunt, sed sat citò addiscere  
putant, etiam si alterum pedem in cymba Charontis habeant. Ex-  
empli est Socrates, qui sub Canno, ætate prefectus, fidibus tractan-  
dis operam dare cœpit. *Valer. Max. lib. 8. c. 7.* M. Cato, Censorius, jam  
senex Græcas literas didicit. *Cic. de Senect. Plutarch. in ejus vita. Quintil.*  
*in fin. orat. inst. M. Antonius Philosophus*, dum senex esset & Im-  
perator, Scholam Sexti Cheronesis frequentabat. *Iul. Capitol. in Mar-*  
*co. Borcholt. ad rubr. Inst. n. 8.* Accursius quadragenarius juri cœpit ope-  
ram dare. *Raph. Cuman. in L. cum quid. ff. si cert. petat.* Zafius trigesimo  
ætatis anno animum ad studium Juris applicuit. *Sichardus in ej. vita.*  
*V. Tiraquell. in prefat. de jur. primogen. n. 203. & seqq. Borcholt. d. I. Iun. p. 2.*  
*Quæst. Polit. q. 42.* Nostra autem hæc est sententia, quod privata à te-  
neris, ut Græci dicunt, unguiculis institutio exordienda, publica  
non nisi ante annum septimum. *V. Sagittarius cent. 2. quæst. illustr. dec. 6.*  
*q. 8. Keckerm. Syst. Polit. lib. 1. c. 9 pag. 192. Iun. p. 2. Q. P. q. 42. & 40. Emund.*  
*Richer. d. tr. c. 2. n. 6. p. 36. Keckerm. C. P. diss. 28. q. 20. p. 267. Marc. Gualther.*  
*dial. de Sch. lib. 1. p. 15. & seqq. Schonb. 1. Polit. 8. pag. 54 Hænon. 5. polit. 14.*

## XII.

Quibus tradendis? Ut prudenti quadam, dum nascimur, obste-  
trice nobis opus est; ita & præceptore, quem per totum vitæ spa-  
tium nobis, velut speculum aliquod, ad intuendum, imitandumq;  
proponamus. Hinc Philippus Macedonum Rex, non tam de filio  
sibi nato, quam quod Aristotele præceptore natus esset, letaba-  
batur. Sint itaque in primis hisce virritutibus prædicti Præceptores,  
quas speciatim ponemus. Veri enim ac fidelis præceptoris offici-  
um ad Ecclesiæ salutem, Reip. commoda, societatis humanæ conser-  
vationem, & Dei gloriam refertur. A *Sapientia & Prudentia vel ma-*  
*xime paratus sit.* Si enim ipse non didicerit, quod aliis traditurus est,  
miser erit magister. Idem adolescentibus discendi cupidis eveniet,  
quod Diogeni, qui balneaturus, cum in balneum sordidum venisset,  
exclamavit, qui hic layant, uti abluuntur? Ita illi, quo modo hic do-  
cebunt

O

Præceptori  
fidelis  
et  
Virtutes.

1.

cebunt illi, qui doctrina indigent, sciat quoque, quæ, & quomodo tradenda pueris, ne vel auro scoriam præferat, vel per ambages contendat, quo recta devenire liceat. *Ioan. Himmelius idæa boni gymnas: pag. 23. Hænon. disp. 5. polit. th. 36. lit. e. Iunius part. 2. Q. P. quest. 45. p. 75.* Quint. lib. 1. c. 2. C. 4. V. eleg. carm. Dom. Baudij lib. 1. Civ. sap. p. 22. ubi preposteram *Magistratus personam in minime idoneis præceptoribus elegendis calamitatem fundi Scholastici statuit.*

### XIII.

*Sit pius.* Pietas enim si desideratur, cætera cuncta se male habent: Siquidem timor Domini eruditionis & sapientiae sons omnisi. Cum & in, qui bonas artes profitentur, si sunt in Deum impii, facile juventutem corrumpunt. *Danæus 4. polit. c. 3. p. 302. Hænon. 5. pol. 36. lit. a Iun. p. 2. Q. P. q. 45.*

*Sit vita honestæ.* Nam qui docet bene, vivit autem male, is quod una manu construxit, altera destruit ac demolitur. Operam igitur dabunt, ut modestia & gravitatis exemplis in vita quotidiana, convictu, & sermonibus discipulis suis præeant, illis præsentibus nihil, quod obscenitatem, lasciviam, turpitudinem aut levitatē quandam sapiat, excidere sibi patientur, nec scurrili, aut histriónico, sed honesto gravi, & decentu amicti vestiti incedant. Est enim puerilis ætas instar simiarum ad imitationem omnino nata. Vis ergo discipulum probum, ipsem talis esto. Laudatur veterum, laudabilis consuetudo, qui, si aliquando necesse esset quidquam turpis vel obsceni referre, pueris, mulieribus, & famulis omnibus, cubiculo exclusis, fores pessulis, ac repagulis firmissimè obducabant. *Emund. Richer obſt. anim. c. 4. n. 4. Ioan. Himmel. idea bona gym. p. 24. Thom. Sagit. in diariis. polit. alc. th. 56. Wilhelm. Zepper. lib. 2. pol. Eccl. c. 12. Iunius d. q. 45. Quint. 2. or. inst. c. 1. Hænon. 5. pol. 36. lit. b.*

*Amore singulari in discipulos extet.* Præceptor enim sumat ante omnia parentis erga discipulum animum, ac se succedere in eorum locum existinet, à quibus sibi liberi traduntur. *Quintil. 2. Inst. 2. Iunius. d. quest. 45. Hænon. diffut. 5. pol. th. 37. lit. b. Ioan. Himmel. idea boni gym. pag. 24.* Certè eum, quem oderis sine tædio nunquam erudire poteris, ex tædio fastidium oritur, ex fastidio tandem negligenter nascitur. Et si odiosus ac invitus fuerit

rit descentibus, in mari sementem certo faciet, & operam simil ac oleum perdet. Himmel. d.l.

Sit fidelis, laboris patiens, diligens. Qui nihil simulet, quod auditoribus obfuturum sit, nihil dissimilet, quod profuturum. Sic quoque animatus debet esse is, qui aliorum moderatur studia, ut si unius semihoræ spatio omnem suam eruditionem discipulis effundere, omnemque morum honestatem iis, quasi affricare, possit, nihil laboris formidet, nihil difficultatis recusat, nihil molestiae detrahet. Praeceptorem itaque Hesiodo similem esse volumus, hoc est, virum durum & hirsutum, & multum Sollem in corpore ostendentem. Ioan. Himmel. id bon. gynn. p. 25. Quin. til. 2. Instit. 2. Wilhelm. Zepp d.lib. pol. Ecl. cap. 11. M. Junius d.q. 45. Thom. Sagit. in diatr. pol. als. th. 57. & 58. Hæn. 5. Polit. 37. lit. g. & lit. e. Gualth. lib. I. p. 19. duab. de Schola.

#### XIV.

Et tantum de qualitatibus boni Pædotribæ: Agendum de via benè erudendi. Et hæc est vel instituendo, vel corrigendo. De illa scribere, sanc omnium difficillimum: cum fere nulla regio, nulla civitas, nulla privata domus reperiatur, quæ alia ac alia haut utatur methodo. Verum cum særissime hac de re Doctos consuluerim, in primis Dn. Theodorum Bussium. IC. & Illustriss. Principis ac Domini, Dn. ULRICI Heredes Norvægiæ, Ducis Holsatiæ, &c. Episcopi Sverinensis Consiliarium dignissimum. Dn. M. Ioannem Kirchmannum consobrinum meum, Criticorum facile Principes: Fautores & Praeceptores meos plurimum colendos: imò alios legerim, & non sine utilitate, absit tamen jactantia, absit invidia, per voluerim: ea non ut mea, sed ut à viris Magnis profecta, proponam: nec omnibus, sed illis, quos Natura præ cæteris fecit nobiles. Optimæ itaque & maxime utilia Praeceptor suos discipulos docere debet: nec enim qui multa scit, continuo doctus est, sed qui scit idonea vitæ, nec refert quam subtiliter, modo res utiliter inculcat, Benè igitur Aristippus, teste Diog. Laert. lib. 2.c. 8. cuidam jactanti, quod esset πολυμαθης, respondit: quemadmodum non hi, qui plurimum exercent melius valent his, qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, eruditæ sunt habendi

de Rudo  
et Ried  
?

Præcipius igitur labor, præcipua cura esto, ut remotis ludicris & fordidis, in timore ac vera veri Numinis invocatione ad summum Pietatis fastigium adducantur. Mandat enim Deus Deuter 4. Exod. 33. 1. Timoth. 6. 2. ad Timoth. 6. Sine Deo nulla mens potest esse bona. Senec. in Epist. 41. Religionem si tollis omnium virtutum fontem obstruis fundamentum ac prognaculum Reip. evertis, Plat. 4. de ll. Late Cæsp. Ens thes. polie. part. 2. apotelesm. 30. Et hęc fuit causa, cur Romani Optimatum filios ad Hercurios augurandi, gratia mitterent. Val. Max. lib. 1. c. 1. cur Galli Druidarum operas expeterent. Cæsar. de bell. Gall. lib. 6. V. Wilhelm. Zepper. cap. 9. lib. 1. pol. Eccles. Iuni. d. p. 2. q. 47. Hænon. 5. pol. 19. Chr. Devitius or. valed. de fundamento. &c. p. 5. Huic adiungat studium literarum & artium Nobilis, maxime Politicus futurus, ut si forte ad Mithrydatem, Augustum, Carolum Magnum, Elisabetham Angliæ Reginam, & alios mitteretur, ritè legationis munus obire posset. Hinc Aurea Bulla Electorum filij, & successores Latinam, Græcam, & Illyricam linguam discere jubentur. Sleid. lib. 1. Hoc enim nos, ubi primum firmius incedere, atque articulatius loqui coepimus, de ipso prope nutricum sinu acceptos, titillatione quadam honestissimæ voluptatis allicit, allectos præceptis saluberrimis compleat: non tantum bene dicendi, verum etiam bene vivendi commonstrat viam: Excitat in animis nostris igniculos gloriæ, ut Milthiadis trophyum somniamus, hoc imbutus nunquam non postea, & vitij turpitudinem omni studio refugiet, & officij honestatisque rationem rebus alijs omnibus anteponet. Mur. vol. 1. orat. 2. pag. 16. Et gaudium & solatium in hoc nihilque tam lætum, quod hoc lætius, nihil tam triste, quod non per hoc sit minus triste. Itaque ad unicum doloris levamentum, studia quæ præstant, ut adversa magis intelligam, sed patientius feram, confugio, inquit Plin. lib. 8. Epistol. 19. Recte itaque Eionysius Iunior, postquam regno fuit expulsus, cuidam dicens, quid tibi Plato & Philosophia profuit? ut tantam, respondit, mutationem facile feram. Quanto autem voluptas ea, quæ descendit sentitur, cæteris omnibus major sit, uel illud inditio est, quod aliarum etiam, qui eis plurimum tribuunt, faciem tamen quandam esse, ac toedium confidentur, hujus ut quisque percipit plurimum, ita eam avidius concupiscit.

Pro-

Vl. Cet  
descendit  
faciem

Profectò è literis & artibus petitur quod nec arca, nec ebur curule,  
nec alia indocilis quidē magna, præbere possunt. Si Palladem roges,  
divitias, sed heu, quam instabiles & anxias largietur: Si Iunonē, po-  
tentiam, & regna, sed casura, dabit: Si Venerem, faciet suavij, aut  
noctis compotem: Sed extreum gaudij luctus occupabit. Mi-  
nervam verū si ores, omnes artes te edocebit, & literas, in quibus  
solis verum gaudium est absconditum. Quod si forte cui dubium  
sit, prodeat in medium Chrysippus, qui sæpè studio intentus, tan-  
ta voluptate perfruebatur, ut eum, tanquam extra se positum, cibi,  
potionisque caperet oblivio. Solonem accepimus cum in lectulo  
morti proximus decumberet, audivissetque assidentes amicos de-  
re quapiam submissè, ne ipsi molestiam parerent, disputantes, ere-  
cto semimortuo capite, rogassem eos, ut aliquāto loquerentur clarius,  
si & moriens aliquid discere potuisset, discessum è vita fore jucun-  
diorem. Hinc Planesius ille Plautinus, reges sibi sua regna, divites  
divitias habere dixit: Et Megadorus ille Senex etiā Plautinus, nihil  
moratur magnos animos, dotes, dapsileis, clamores, eburata vehicu-  
cula, imperia, pallas, purpuram. Neque vero pertimescendum est,  
ne aut labore frangantur, aut voluptatum irretiantur illecebris , iij,  
qui ætatis suæ florē litterarum & artium studijs dedicandum esse  
statuerunt: tanta siquidem est oblectatio paulatim acquirenda co-  
gnitione rerum sese paescens animi, ut, eā qui fruuntur, ab ijs nē-  
que laboris tedium, neq; avocantium voluptatum blanditiæ sen-  
tiantur. Plura de literarum humaniorum utilitate & jucunditate apud. Mu-  
ret, vol. 1, orat. 2. & 3. & 23. Majoragium orat. 19. Præpostera sane mi-  
hi videtur instituendi ratio, ut tenerimi discipulorum animi pri-  
us præceptis Grammaticis edocendis, quam vocabulis & rebus,  
quæ scire juxta Quintilianum maxima est pars eruditionis, declini-  
nandis & conjugandis imbuantur. Et quid frequentius in hoc solo  
Germanico, quam ut Grammatices præceptis onerentur. Sed quid  
dico Grammatices, rectius dicerem Grammaticorum, Nam in hac  
classe Donatum, in altera compendium, in altera ipsam Grammati-  
cam discere coguntur, & hoc sit in una urbe: adeo ut passim in scho-  
lis tot reperiantur libelli Grammatici, quam ipse propemodum  
scholæ classes: quod si alias ad aliam scholam mittitur, statim me-  
tu & suasu præceptoris abiçere debet illa Grammaticæ rudimenta

*opatina*  
*magis*  
*re*  
*ce*  
*ce*

quæ didicet & assumere quæ in illa schola discuntur, ò mores ò secula! hæcine est bona institutio! hoccine est promovere juventutis studium! imo retardare, inhibere, turbare. Et quid hoc seculo ijs, quæ dixi frequentius, placet itaq; mihi alia instituendi ratio, ut post habitis Grammaticorum præceptis edocendis, in declinationalibus & conjugationibus, quotidianaq; loquendi formula cottidie informentur, & quo sèpius cò citius & fælicins. Nihil discant nisi quod mente percipere possint, quod ut fiat, aut de pingendum, aut ita dilucide & clare proponendum, ut licet non videant, sensu tamen apprehendere queant. Monströsæ enim absurditatis est pueros jubere rationem reddere cur recte latine loquantur, antequam ullo modo recte loqui possint, prorsus ac si quis à rustico rationem postulet, cur Magnes ferrum trahat, priusquam cognoscat, quod trahat. Quæ via & methodus instituendi p.tép. huius Acad. Ma. Dn. Rectori D. Eilhardo Lubino Theol. D. qui desideratiss. & approbadum consilium, de latina lingua compendio se à pueris discenda, conscripsit, quod N. T. Lat. Græc. Germ. præfixum. Et Excellen-tiss. & Cl. Dn. Jacobo Fabricio Med. D. & P. h. ac. &c. adeo arridet, ut & ipsi in carissimis eorum liberis periculum faciant. Quæ ut & iliorum & aliorum bonæ indolis liberis ad Dei gloriam, & proximi, eorumq; tandem emolumentum cedat, ex animo voveo. Et ut mantissa loco hoc addam, quotusquisq; reperitur, qui decem ad minus præcepta, quæ olim, hoc est, ante decennium aut quod excurrit, diligentissime memorie mandauit, vel ad unguem recitare potuerit, in recenti adhuc memoria habeat? cum enim usu, & experientia solidam sibi acquisierint doctrinam, non multum in præceptis laborant. Ridiculo sese propinunt Despauterius & Nebrisensis, qui carminibus obscuris & hiantibus, Grammaticæ præcepta compræhenderunt. Multum præceptoribus incarminibus interpretandis, sed multò magis adhuc discipulis anhelandum, qui pto re unica, si simplici, aperta & facili plures involutas memoriter ediscere, coguntur: nempe carmen ænigmaticum, deinde glòssema latinum, tertio vernaculam interpretationem, quartò adnotationem & commentarium Præceptoris, à quo notitia carminis dependet.

Enormiter etiam hallucinantur ut recte monent & notant

D. Eilh. Lubin, dict. conf. & VVolffg. Ratich. in sua didact. Præceptores

qui

qui discipulis, quando vix pauca Latina nomina & verba laboriosissime didicerunt, proponunt exercitia Germanica in latinum, transferenda. Jam autem quæ absurditas est, postulare à puerō, ut maternam Germanicam lingvam, transferat in Latinam, quam nondum didicit, sed adhuc discit: in quam enim linguam quisquam aliam transferre cupit, & qua lingua interprete (verba sunt D. Lubini) quisquam aliam quampliam linguam vult addiscere, illa interpres lingua, illi sit notissima. Hinc ex Dasipodio, Venero, Mureto, Buchlero, aliorumq; vocabulorum sylvis & dictiōnarijs suo Marte juxta Grammaticæ regulas latinum sermonem formare jubentur. Vnde styli inæqualitas, unde Germanismi, Latinismi.

Bonos itaque eosque optimos auctores ad manus sumant Præceptores, in quibus explicandis, & enodandis observent, ut methodicè, perspicuè & breviter agant. Qui enim in perplexitate, & obscuritate tædiosa, prolixitate nimia, studiosam juventutem onerant, ingenia sæpius ingenua lacerant, tempus quisquilijs, & tricis intricatissimis atque inexplicabilibus, perdunt, sumptus Parentum, una cum tempore furtim surripiunt, auctores non explicant, sed implicant, non evolvunt, sed involvunt, & talia dicitant glossemata, quæ longe sunt ipso auctore, quem explicare debabant, obsceniora. Hi, uno verbo dicendo, non sunt Præceptores, sed deceptores, non Doctores, sed seductores, imò & sumtuum & temporis decoctores. M. Phil. Zornius or. de præc. cond. Hœnon. 5. Polit. 37. lit f. Iun. p. 2. Q. P. q. 45. Ioann. Himmelius idea boni Gymnas p. 27. & seqq.

Cumque lectio, ut ait Hyeronimus, sine stylo aut calamo somnus est, omnium laborum præceptoris novissima, hæc metasit, ut ad conformem & perspicuum stylum condoceant, discipuli. Non possum hominum quorundam furorem, & dementiā, qui rebus ipsis, quas oratione debent illuminare, tenebras densissimas offundunt, atque dicendi quoddam genus, asperum, horridum, implexum, Græcis, & Latiniis, veteribus intentatū, omni elegantię nitori, & perspicuitati preponunt, & velut ferē, quæ nè capiantur, cubilia confundunt: sic de industria, inquit

Seneca

Seneca compositionem disturbant, & lumen, quod in eis est, te-  
nebræ fiunt. Sermo quoque debet esse dilucidus & perspicuus, non  
potest autem nisi sit facilis, non facilis, nisi notus, non notus, ni-  
si communis, & tanquam lux meridiana omnibus cognitus. Hinc  
illud Stageritæ perpetuo loquendum cum multis, sciendum & sen-  
tiendum cum paucis: & illud Ciceronis, usum loquendi populo  
concedendum, scientiam nobis reservandam esse. Ita scribendum,  
ut scriptio non antiqua aut obsoleta verba sapiet, sed allusionem  
ad priscum ævum, historias, fabulas Poetarum, phrases & allego-  
rias exquisitissimas. Displacet & illud quod quidam volunt esse  
Ciceronis, quidam Lipsij, aut aliorum simiæ, nullumque præ-  
ter unicum Lipsum, aut Ciceronem legunt. Habet enim unus-  
quisq; naturalem stylum qui certi alicujus duntaxat auctoris can-  
cello includi nequit, eum, quod magis excusat, eò illustriorem, or-  
natioremque reddit. Poetas, Oratores, ex quibus vera eloquentia,  
quæ est sapientiae servus atriensis; doctrinæ organum, prudentiæ  
manus, civilioris vitæ clavus, hauritur, cum delectu legantur.  
Nihil enim de eloquentiæ aut poeseos dignitate, dicam: plura apud Majorag. orat.  
12. adversus eos qui ornandæ orationis studium, & dicendi elegantiam virtupe-  
rant. ejusq; de eloquentia dialog. Muret. vol. 2. or. 7. & seq. Orat. 12. de lau-  
de poes. & vol. 1. orat. 21. de via ad eloq. perveniendi. Perpinian. or. 6. de Rhet.  
discenda Fr. Petrarch. dial. 9. Em. Rich. c. 5. ob. an. n. 1. Val. Max. lib. 8. c. 7. Car.  
Paschal: de opt. gen. eloc. script. annex. ejus cens. ingr. anim. Keller. off. jur. pol. l. 1.  
c. 8. Linguam Græcam cum Latina, ut Cic: filio suo suadet, conjun-  
gat. Admirandum quod de admirandis duobus viris Scaligro &  
Joan: Meursio Lugduni-Bat. modo Professore amico & fautore  
meo pl: colendo dicitur, qui prius Græcam, quam Latinam lin-  
guam didicerunt. Testis est Commentarius Dn. Meursij in Lycopronem, obscuriss. Græc. auctorem, quiique pridem ab Aristot.  
ob obscuritatem, tenebras, & frigora est condemnatus, quem anno  
ætatis 18. magna cum laude perfecit. V. alm. Lugd. in vita ejus Nec si-  
nistra hoc factum ratione, quamvis nobis præpostera. Quid di-  
cam de disputationibus. Etsi illis non minus veritas, quam ex duo-  
rum silicium attritu, ignis eliciatur, tamen, cum procreetur lidido  
rixandi, & puerilis quædam ostentatio decipiendi adversarium er-  
rorē gignet, aut certe scrupulū relinquit, eas, in scholis trivialibus,

secus

secus in universitatibus, non probo: præsertim cum de arduis rebus collationem instituant, quomodo enim disputandum sit. quod scit̄e Ioan. Himmel dīsp. singulari de disputatione & Rod. Goclen. in part. Log. docent, plane ignorant. Non possum intermittere, quin ex Euphorionis Lusinini Satyrico: verba p. i. pag. 207. ad. 211. scripta in incipias huius seculi puerorum disputationes afferam. Ridebam ego pietatis superbiam, cum illa (intellige Lapicidiam Fibullij ex Focula fratre neptem) homines arcessiri jūset, quos habuerat viæ comites, ac sevioris disciplinæ magistros, quo um certe tumulis, si morientur, saltem exemplo Metelli, corvum debet. Horum unus, quoniam Bonæ Sortis ac omnis erat, intrepido vultu præcessit. Alter semicandidâ veste nec avare manicâ sequebatur, Qui, ut intraverunt thalamum, ea salutatione, quæ professionem proderet studiorum, penè risum expressere spectantibus. Ac deinde magnâ volubilitate sermonis, omnes sibi vices tradidere loquendi. Non Callioni, non Fibullo, non ipsi Lapicidæ permissa vox: sed illi, velut theatrum ascendissent, aut ineptie suspicionem per audaciam loquendi tollerent, varia Sanctorum dicta factaq; nimis oppido tenaci memoria recensabant. Quanquam, nisi fallebar, ita appositi, ut sèpius Cadmus, quā Harmonia canere videretur. Ac dum modo in scientias ludunt humani judices recti, modo conjugium frigidissimo sale proscribunt, paulatim ad differendum lapsi, tam acriter caperunt contendere, ut res meo judicio ad manus pugnamq; spectaret. Vix restabant sedilia lacerti pulsantibus, & ipsæ manus vehementius productæ acrem pendere in sibilum cogebant. Coborruere omnes ad divini strepitus miraculum, & nobis, quotquot Romani sermonis expertes non eramus, audiendi curiositas altissimum silentium indixit. Sed illi, quæ confusa & indigesta mente conceperant, tanta intelligendi difficultate fundebant, ut non modo non Latinæ, sed nec humane loqui crederem. Nam non inter se ipsi, jam se quisq; non intelligebat; cum uterq; vincit arbitrio spectantium nollet, & in hoc victoriæ poneret, si prior non destitisset loqui. Igitur horas pene quatuor prælantium æstus absumpserunt id unum quererent NVM AD SYLLOGISMVM SIT NECESSARIA CONCLVSIO? Cmq; cresceret difficultas per obscurissimæ disputationis noctem, tandem erupit ille, qui semi candidam vestem penè sudanti fumo succiverat, & consumptis subtilitatibus provocavit ad injurias, ut qui attrito ense fractore destitutus gladiator ad luctam, velut ad compendium pugnae, emulum strictu amplexibus cogit. Tu vero, inquit, ineptissime, mihi etiam controversim moves, tanquam in meo regno non esse, id est, tanquam alius id, de quo agimus, aut laboriosius quæsivisset, aut felicius invenisset? Testes sanctissimæ domus nostræ parietes, qui

*Exercitiorum*

*Repetitorum*

*Litterarum*

toties adlaterum meorum vires obstupuerunt, dum non minus menses quatuor adolescentes nostros declamando, & scribendo exerceo, ne hac semel questio-  
ne ut oportuit excusa, quid de ea altius à quoquam discere possent. Vix ducen-  
tis horis legas, quæ in hanc materiam ex pluribus authorum millibus solita bre-  
vitate decerpsti. Quæ disputandi lues, & contagio, multorum imbi-  
bit animos ut si unam aut alteram materia questionem in contra-  
rium trahere possint, totius septimanæ spatiū bene collocasse au-  
tument, quæ sane mihi prepōsta videtur, studiī methodus,  
Consulitius illis itaq; esse judico, ut in epistolis, aut brevibus ora-  
tiunculis, cottidie sese exerceant: quod institutum, & in Acadē-  
miis haud contemnitur. Sic Lovanij Eric. Puteanus Bonę Mētis  
Palæstram ingeniosè instituit: Dn: Fridericus Achilles Dux Wur-  
tenbergicus Tubingæ consultationem &c. Ut de ijs quæ legerint,  
scriferintve, diligenter examinentur. Quod quidem docentibus,  
laboriosum, sed discentibus utilissimum. Repetitiones enim judi-  
cia adolescentum limant, vim, & celeritatem ingenij acuunt, me-  
moriā firmiorem, & promptiorem reddunt, linguam expoliunt,  
facultatem loquendi, & facundiam extemporalē alunt, pronun-  
ciationem, in moderanda voce, & vultu, vitandisq; ineptis gesti-  
bus formant, ad communicationem sermonis, comitatem, & suau-  
itatem colloquiorum, in congressibus adsuefaciunt, & animis  
inanem persuasionem eximunt, de qua Seneca, multos ait, ad ve-  
ram sapientiam, & eruditioem pervenire potuisse, nisi se jam  
pervenisse putassent. Ioan. Himmel. Id p. 31. VVilhelm. Zep lib. 1. Pol. Chr.  
c. 10. Cæteras quotquot sunt artes. Nobilis puer ita studeat, non  
ut diu in eis detineatur, sed ut ille, qui ignem à vicino petat,  
non diu illic hæret, sed ablato eo, focum accendit: sic nobili pu-  
ero capiendi igniculi præceptorum Logicorum, Ethicorum, Po-  
liticorum &c. Et statim ad ipsum usum properandum. Keckerm. S.  
Pol. lib. 1. c. 2. p. 96. In his enim illud Neoptolemi apud Ennium lo-  
cum habet. Philosophandū, sed paucis Gell. lib. 5. Noct. Attic. c. 15. O pe-  
ram etiam studio Historico tānquam omnium jucundissimo, na-  
vet, cuius l̄udes recenset. late Muretu volum. 2. orat. 13. Aul. Gel. Noct. 1073.  
& seqq Attic. c. 18. Iunius vol. 2. orat. Diod. Sicul. lib. 1. Bibl. Hist. pag. 1. & 2.  
edit. Steph. Keller. de off. jur. pol. lib. 1. c. 7. Patrit. lib. 2. de reg. instir. tit. 10.  
Canonherius lib. 5. disc. Pol. in Corn. Tacit: pag. 127. & seqq. Majol. dier. can.  
tom.

tom. 2. col. 6. Ad uno itaque naso suspendendi, qui quam primum, unum atq; alterum verbum latinum fari possunt, statim animum nullis Philosophiae, & bonarum artium præceptis munitum, ad juris studium applicant: hinc, cum sine pennis cum Icaro ad Solem proprius, hoc est, Iurisprudentiam volare nituntur, in Erroris mare incident. Non ita pridem est, cum vir sapiens inter causas corruptæ Reip, doctrinarum contemptum ponit, dum stolidi patres vix septuennes pueros præcipitant, ad studium juris, I. Lips. lib. 4. quæst. epist. 20. & 21. & cent. 5. misæ. epist. 83. & 88. ex hist. Anglica & Mathiae Parisiensis. Zach. Vietor. dis. Topic. i. pag. 2. Qui sine Philosophiae cognitione in Themidis castra, gletch wie die Fliege im Grey/irumpunt, nihil agunt; licet multis prælectionibus, & collegijs nomina dedent, : reuomant enim, & perpetue cruditate laborant, alludebar olim Stoicus Mytha apud Arianum lib. 1. disert. c. 26. Vos igitur, quorum præcordia de meliori luto, ante oculos ponite Alciatum, Sichardum, Cujacium, Fabros, Donellum, Giphanius, aliosq; qui in Themidos regno clavum tenent. A Philosophiae jubare, nec infatentur, naæti sunt, quod acutius cernunt, luscioso cæterorum du pondiorum grege. Nec est modo meæ intentionis, afferre illos, qui, modo Philosophi, modo boni alicuius Iti partes in se suscipere possint. Plures, qui de via, & ratione instituendi scripserunt, præter Alstedium in Syst. Mnem, latè Majorag orat. 16. Emund. Rich. in obit. anim. Muretus, vol. 2. orat. 18. Zepp. lib. 2. Pol. Christ. c. 12. Io. sch. Camerar. de præcept. mor. ac vit. VVolfg. Ratich. in nov. didactic. D. Eilb. Lubin. d. conf. ab omnibus approbandum. Chr. Devitium d. orat. valed. Joan Riv Attendor. lib. de rat. doc. & Joan. Poffel. orat. de rat. dis. ac doc. ling. Latin. Græc. Ant. Schor. de rat. dis. &c. non adduc.

## XV.

Restat ultimum boni Pædagogiofficium, quo est in corrigoendo. Correctio enim vitæ, & morum, ut D. Bernhardi verbis utar, compositū reddit omnem corporis statum, nec non & mentis habitum, cervicem submittit, supercilia ponit, & vultum componit, ligat oculos, moderatur linguam, frenat gulam, sedat iram, format incessum, ut non immerito Dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, Magistra vittutis, à Cypriano appellata fuerit. Itaq; studia juventutis diriger, mores vero non corriger, quid aliud est quam in vas impurum, gene-

rofæ

Correctio  
Moralis.

rosavina transfundere, & furiosis arma nocendi præbere.  
Vnde Aristoteles primam juventutis institutionem à morum informatione aggressus: qua in re Platonicos item habemus auctores, qui primum de virtutibus purgatibus, quam de exemplaribus purgati animi agendum, & recte parendi & obsequendi facultate, tanquam à fundamento totius virtutis exordiendum censem. V. Cas. lib. 7. spb. civ. c. 15. pag. 373. Proinde cum quædam ingenia sunt levia & inconstantia, quædam tarda, quædam acuta & mediocria, quædam diyina, Præceptor sciat ingenia discernere, & si-  
*Ingenia*  
*liberae*  
*Debet*  
cuti cuiusq; tulerit indoles tractare, quidam calcaribus indigent, quidam frænis, nonnullorum ad serviendum, nonnullorum ad imperandum naturaliter esse disposita. Diversorum igitur ingeniorū adolescentes sub idem mittere jugum, nihil aliud est, quā equos asinis adjungere, & unum calypodium pedibus aptare omnibus Iunius P. 2. Q. P. q. 50 p. 87. & seqq. Chr. Devitius orat. Valed. de fund. p. 13. & seqq. Hænon. s. polit. 37. lit. d. Emund. Richer. c. 4. obſt. an. n. 1. Ioan. Himmel. Id. bon. gymn. p. 33. Ioach. Camer. carm. eleg. de præcept. honest. & decor. pueril. Ingenia ita liberalia non trahenda, sed ducenda ad Sophiæ templū, nec verberibus sed verbis: nā odetunt boni peccare, amore virtutis; nec mens generosa regi verbis, nec verbere gaudet. Ac egregie Q. Curtius equus nobilis umbra virgæ regitur, ignavus ne calcari quidem concitari potest. Nec tamen, quod interdum in scholis virgis non sint cædendi, ex his quis inferat de qua quæſt. vid. Iun. p. 2. &c. P. q. 46. pag. 78. & seqq. Emund. Richer. c. 6. obſt. an n. 7. Sagit. Exercit. Exo- ter. Eth. 3. thes. 5. lit. b. p. 70. Multas vero pecuniarias in scholis plâne non ferendas esse aſlero. Divites enim tantillum à parentibus aliud etiam prætententes, extorquebunt, modo natibus caveant suis. Pauperiores genium defraudabunt suum, & quærant, vnde tandem possint, furantes etiam, ut quod dent, habeant. Sag. d. l. Quare ut Himmel. d. p. 34. ait non semper manus in vlcere habenda, sed quædam muſitanda & huic etati condonanda; Qua de causa, non possumus satis mirari illos Timones & Plagofos orbilios, quos jures ex antro Trophonij prodijſſe, quibus obſonium est, etiam levissimam ob causam in pueros ſavire. Hi præceptores nimis rigorosi faciunt, ut etas tenella literas odio incipiat habere, hinc ſepe fit, ut animo conſternati malint in pristinum detrudi, quam

*plagos.*

quam in Scholas duci, & sic ingenia præclara & spei maximæ, in  
ipso flore, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate, nimia.  
Præceptorum austerritate percelluntur. Ingenia mobilia & vaga tu-  
tela, iudicio, & prudentia ceu lapis fugitivus Plinij infusione plum-  
bi, aut naves anchoris validissimis revincienda, ne funditus despere-  
ant. Ingenia dura & servilia non indulgentia, sed Herculis pharma-  
cias salutaribus, tanquam Termirium istud malum evincere tentet.  
Præseri cum juvenes in pervicacia consueta obduratae lapi desce-  
re senserint. Quo autem ingenio prædicti sint, nunquam melius  
exploratur, quam per actiones eorum ludicas. Cum enim verba  
sunt Rucherij inter ludendum, ubi eos nihil metus aut magister  
prohibent, magna uti contentione, ac vim omnem & impetum  
animi effundere soleant, eò quod nullo tum metu, aut freno cohi-  
beantur, qui dignoscere voluerit sint nec superbi, lucro aut menda-  
ciis dediti, iracundi, pervicaces, contentiosi, oportet ad eorum lu-  
sus diligenter & prudenter attendat. Tandem cum vita nostra sit  
~~πόνος καὶ άνάπτωσις~~ animi remissio quædam ætati juvenili permit-  
tenda. Longius proficiunt illi, qui paululum regressi Spiritum colle-  
gerunt, alacrioresque ad studia redeunt. Nec concedendum otium  
ut cibus quo repleatur, sed ut oxij balsamum, quo excitetur, aut ut  
Electuariū, quo stomachus occcludatur. Ioan. Himmel. id. bon. gym. 37. Lu-  
nus vol. 2 orat. pag. 66. & q. 53. part. 2. quest. pol. Quænam autem  
recreationsillis concedendæ quæque exercitationes? Alex. lu-  
sum aut foliorum plane improbo; quem licet veteres Germa-  
ni, ut test Tacit. in mor. Germ. ita amarunt, ut pecunia omni  
perdita etiam libertate & corporibus suis contendenter; tamen  
quia ut Horat lib. 1. Epist. ep. pen. ait, gignat trepidum certamen & iram,  
& in jure nostro prohibitum, V. t. tit. ff. de aleatoribus & ibid. P. Busium  
& Sebæst. Nævium nec non Steph. Cost tract. de ludo 2. art. pr. n. 23. Par. De  
Puteo er de lud. n. 5. Ioan. Bapt. Cacciolup. tr. de ludo Cœpollat. Caut. caut. 55.  
Oli. ad Conf. 30. P. Greg. Telof. lib. 39. Synt. iur. c. 3. Iulius Clarus lib. 5 sent. §.  
ludus P. Heig p. 2. q. 10. Hænon. & polit. 16. lit. e. p. 115. Menoch. de arbitr. Iud.  
quest. lib. 2. cent. 4 c. 399. & 400. Andre. Rauch. p. 2. q. 25. Prosp. Farinac. tr.  
crim. q. 106 per. tot. Ioan. Gutierrez. tr. de Iur. confirm. p. 1. c. 53. Probatur  
magis latrunculorum lusus, qui vetustissimus, & ingenij dexterita-

exploranda  
aut regula

Lemnafis  
accidet

Licet  
pote!

stea  
charas

Ladoga  
254

*act. ymyna* tem notat. Artem Gymnasticam, quæ consistit in luctu, seu di-  
gladiationibus & Callationibus non plane rejicimus. Fr. Patri<sup>t</sup>.  
lib. 2. Reip. inst. tit. 8. Merc. de art. Gymnast. lib. 2. cap. 9. Plutarch. in ll.  
conviv. l. 2. prob. 6. Canonher. lib. 1. dis<sup>t</sup>. in Corn. Tac. pag. 173. & seq. Iun. quæst.  
pol. par. 2. quæst. 54. Cas. Sph. Crivit. lib. 8. quæst. 4. pag. 394. & seqq. Meissner.  
Sob. Phil. Sect. 2. quæst. 21. Agid. Strauch. cent. 1. quæst. Eth. dec. 9. quæst. 9  
Velsten. dec. 8. quæst. pol. 10. Sagittar. Ex. exot. Ethic. dis<sup>t</sup>. 4. th. 6. pag. 231.  
Timpl. lib. 3. Pol. cap. 5 quæst. 9. Cruger. hort. virt. quæst. 20. Iac. Martin.  
cent. 5 dis<sup>t</sup>. 1. quæst. 9. Keck. S.P. lib. 1. cap. 10. pag. 206. Gerhard. dec. 8. quæst.  
9. pol. Osiand. sup. cap. 6. Marci. Hunnius sup. cap. 11. Mathæi. Velst. Exerc.  
Ethic. 8. quæst. ult. Eryc. Putean. gen. serm. fol. mihi 50. Luth. tom. 4. genens.  
pag. 133. & 281. cum & in bonam & in malam partem iis uti  
possimus. Deambulatione quoque & pilis sese excerceant;  
Quia valetudinem conservant, ut & ipse Senec. de se scribit,  
quod catharris & distillationibus, à quibus affligebatur, soli-  
tus fuerat deambulatione succurrere, Epist. 79. Arist. prob. 38.  
Xenoph. in Oecon. Hipp. lib. 3. de diæt. Galen. in epid. lib. 6. & 7. meth.  
de tuend. val. lib. 2. & lib. 1. cap. 8. de sanit. tuend. Patri<sup>t</sup>. de inst. reg.  
lib. 3. tit. 9. In Musica sese etiam excereant; tanquam illis non  
indigna arte, nec curant illud Philosophi, Iupiter nec canit  
nec Citharam pulsat: aut illud Alexandri; volo Achillis citha-  
ram non Paridis: cum nec in principe improbetur. Late<sup>r</sup> Ca-  
stellan. lib. 1. de off. reg. c. 24. usque ad 27. Fra. Patri<sup>t</sup>. de reg. insti., tit. 15.  
lib. 2. Keck 5. P. lib. 1. cap. 2. pag. 97. Cas. lib. 8. S.C. 13. Iun. par. 2. quæst. pol.  
quæst. 58. pag. 111. Fr. Patri<sup>t</sup>. lib. 2. de Repub. Tit. 2. Aristotel. 8. pol. cap. 3. 5.  
& 7. & 16. Dn. Piccart. & Giphian. Gerhard. dec. 3. quæst. 6. Iac. Mart.  
Cent. 7. dec. 8. quæst. 20. Marian. lib. 2. de reg & regn. inst. cap. 7. Camerar.  
Cent. 1. c. 18. med. hist.

*Musica*  
*Pictura*  
*Act. ymyna*  
Quid dicam de pictura? anni' & ars pingendi illis perdiscenda;  
Ego sane si ulla sit illis scribendi literarum necessitas, si ulla mora-  
les deliniandi imagines utilitas, si Geometria, geodesia, fortifica-  
tiones &c. illis utiles, statuo prædiscendam esse, Cas. lib. 8. c. 3. pag.  
394. Iun. par. 2. Q. P. q. 55. pag. 110. Aristotel. 8. Polit. 3. Plin. lib. 7. cap. 37.  
& lib. 35. cap. 10. Patri<sup>t</sup>. de reg. Inst. lib. 1. tit. 10. & Repub. lib. 3. tit. 14.  
Et si ludi scenici sunt honesti, agentes moderati spectare eos,  
aut ipsem agere posse, sine maledicentia affirmo, Cas. q. q.  
mot.

mor. & cap. 8. pag. 292. Goclen. q.q. Ethic. 71. Velfsen. Exercit. II. quæst. 5.  
Gerhar. dec. 8. quæst. 5. Meissner. Philosoph. Job. Sect. 2. cap. 4. Sagittar. Exerc.  
Exoth. Ethic. II. th. 7. pag. 283. Strauch. dec. I. quæst. Ethic. cent. 2. quæst.  
6. Iac. Martin. centur. 5. dec. 1. quæst. 9. Ebertus diss. Ethic. 6. Ogel. 2. q. 4.  
Cas. lib. 7. Eph. civ. cap. ult. pag. 384. neg. Canonher. in Corn. Taci. disc. lib.  
I. pad. 175. neg.

## XVI.

Quod ille apud Terentium, felices illos, qui nunquam  
mare ingressi sunt, prædicat: Illud non male ad Præceptores  
applico. Adeo ut nec ille, qui exiguum intervallum in por-  
tu tantum hujus Oceani Scholastici, paucis aliquot annis con-  
fecerint, nondum penitus videant, quæ mala huic velifi-  
cationi insint, ubi in alto maris versatur, & modo perse-  
quitur, modo remoratur ventus, modo obliquandi sinus,  
modo remigio res gerenda est, donec fuerint hoc æquor-  
emensi. Et hoc vita genus tria vel maxime multos reddunt  
amarum, invisum, & Ex oīn χοῖνος δίος τεβύν κατάρεβύν  
efficiunt, quæ sunt labores, contemptus, pericula: quæ tria  
verbis exquisitissimis Marc. Gualt. lib. 2. dial. de Schola pag. 113. &  
seqq. persequitur. Nec tantum durum, arduum, & laborio-  
sum officium Scholarum ministrorum, sed etiam apud plæ-  
rosque vile, contemptum, & exosum, quasi in umbram ver-  
sans, nihil in publ. conferens: verum honoranda est immen-  
sa illa utilitas, quæ ex eorum actionibus in omnes vitæ partes, i-  
mò rempub. dimanat, sine quorum labore, studio, vigilantia  
homines vix homines; vita vix vita sit, & vivi hominis sepulta-  
ra. Possem hic multa exempla, qui præceptoribus suis ma-  
gnos honores, non dicam statuas posuerint: Sed satius esse  
puto adducere eos, qui latius de honore & odio in præcepto-  
res agant. V: Marc. Gualth. lib. 2. dial. de Schol. pag. 79. & 99. ubi de  
honoribus po. & pag. 112. de labor. & seqq. Senec. de Tranq. Anim. cap. 3.  
& de beat. vit. cap. ult. Lips. Cent. 3. Epist. 5. Dom. Baud. lib. 1. Civ. Sap p. 30.  
P. Gregor. lib. 18. de Rep. cap. 3. latè Christoph. Devitius orat. valed. de fund.  
erud. pr. at. method. pag. 9. & seqq. Ioan. Himmel. id bon. gymnas. pag. 19.  
& seqq.

Officij lato  
Vt de diss.  
est hoc.

Gatentz

Et ut Gau  
se habe  
at de celi  
parte.

& seqq. ex quibus videre est, Praeceptores non esse contemnendos, sed amendos, honorandos.

## XVII.

Digni igitur præceptores, digno salario, justo tempore solvendo. Äquum enim est, ut uni cuique suus prospic labor. Casiod. lib. 2. Epist. 2. ni alioqui illis usū veniat, quod Persius ait.

Pænitentia multos, vanæ, sterilesq; cathedræ.

Nec opus habeant conqueri

Cur me literulas stulti docuere Parentes?

Sunt malæ musæ, nostra que fama famæ.

Medius fidius interdum fassor pluris conductitur, quam Magister, & alibi eos, qui juventutem docent, acriter egere videoas, algere, & vix pane secundo vivere. Itaque posteris eorum non contingunt amplæ hereditates, cum & vix tantum supersit, unde funerum impensæ sumi quærant: si aves exempla: ecce Pupillum Grammaticum, & C. Jul. Heginum, nec non Quintilianum, Laetantium, de quibus Suet. de ill. Gram. & Plin. lib. 6. Epist. 32. V. Wilh. Zepp. lib. 1. Pol. Eccl. c. 24. & lib. 2. c. 12. Iuni p. 3. q. 107. p. 341. Hænon. 5. Polit. 33 pag. 91. & seqq. Gualth. d. tr. pag. 202. Himmeli. d. id. p. 15.

## XVIII.

Et tantum de præceptoris officio: dicendum esset de discipulorum, verum cum ex natura relati, correlatum facillimè intelligatur, temporis redimendi gratia de illis specialiter nihil agam, & conferam me ad Scholas, à σχολæσσεν dictas, unde & ludi alio nomine appellantur, Fest. de V. S. M. Steph. lib. 3. de lirid. p. 3. c. 1. n. 12. & seqq. Dn. Az. Sturz. disp. pol. 1. th. ult. lit. f. M. Gualth. lib. 1. Dial. de Sch. p. 11. Iam Ferthumannus Orat. de Schola Ludus autem ideo, quasi minime ludus quia sit longissime à lusu, Senec. in pref. lib. 3. contr. Fest. de V. S. Quint. lib. 1. ca 6. M. Gualth. d. tr. p. 12. Auson. in ἀργετεπίμη, ad Nepot. Ed. 4. Reperiuntur & apud Græcos voces γομφατις, διδωσκαλεις, παιδειγογεις, &c. quibus hodie vulgariter ferè pro Scholis trivialibus utimur. In harum fundatione primariò respiciendum, ut locus idoneus eligatur, talis videlicet, ad quem convenire, undequaque φιλόμουσαι, ibidemque facile commorari quærant. ubi virtualium, habitationum, aliarumque rerum necessiarum copia haberri possit, p.

fit P. Greg. lib. 18. de Rep. c. 6. Himmel. id bon. gym. p. 5. Hænon. 5. pol. 10. lit. 4.  
Nob. Dn. Præc. Az. Sturz. disp. 1. Polit. th. 6. lit. f. adeo ut Dominus lo-  
cum Scholis aptum vendere cogatur Rebus suis priv. 100. p. 298. latè. lac.  
Beniu de priv. D.D. pr. 8. Debet locus esse salubris, ne studiosa juven-  
tus crebris infestetur morbis, & veluti abigatur, ac dissocietur,  
id. all. ll. cum & in urbe exstruenda aeris ratio sit habenda Kecker lib.  
15. pag. 18. Cagnol. de rect. princ. inst. n. 52. Patriit. lib. 7. De Reip. inst lib 1. Hipp.  
à Collib. de incr. urb. c. 2. latè Nob. Dn. Præcept. Azar. Sturz. disp. 1. th. 5. pol. lit.  
4. Debet denique à tumultu esse remotus, ne interpellentur, tum  
docentes, tum discentes, Dn. Az. Sturz. d.l. P. Greg. d. l. Himmel. d. p. 5. I-  
deo compelli possunt Malleatores seu fabri cujuscunque materiæ  
obstrepentes juxta Scholas, ut vel quiescant, vel domibus juxta  
scholas positis cedant: Sicuti multis probant P. Greg. d. l. Rebus. priv. 3. ex  
Bart. latè M. Steph. tract. de nob. scient. n. 36. & lac. Benius p. 3. de priv. D. D. sum.  
9. Requiruntur & redditus certi ac necessarij, quos pius Magistratus  
procurare debet. Illos redditus in profanum ne vertat usum, alias  
poenas sentiet acerbissimas, Lamb. Danæ lib. 2. Chr. pol. c. 2. P. 126. &  
seqq. Barth. Keck. lib. 1. S. P. c. 9. p. 195. Wilb. Zepper. lib. 4. de L. L. Mosaic. c.  
10. p. 366. usq; ad pag. 371. & lib. 1. Pol. Chr. c. 23. p. 359. & seqq. Hænon. 5. Pol. 9.  
lit. 6. Ioan. Himmel. id. bon. gym. p. 6. & 7.

### XIX:

Hinc Scholæ fundatio præcipuis urbium ornandarum & pro-  
movendarum modus. Hippol. à Collibus lib. de increm. urb. c. 11. Hænon. 5.  
Polit. 6. Caf. lib. 5. S. C. c. 11. Danæus. 4. polit. 2. in fine pag. 293. Althus. cap. 6. polit.  
Sagittar. diarr. alt. th. 3. & seqq. Zepper. lib. 1. Polit. Eccles. c. 7. Quarum sum-  
mam utilitatem, & necessitatem. Hænon d. l. P. Gregor. 13. de Rep. c. 3. &  
lib. 18. c. 1. & seqq. Althus. panegyr. de Schol. p. 9. & 10. & seqq. Xenoph. orat. de  
dicto. Artes sunt bonorum fontes, quæ orat. etiam apud Dresser. lib. 2. Rhetor.  
p. 504. reperiri est. Sagittar. Exerc. Exoter. Ethic. 3. th. 5. p. 66. Wilb. Zepper. de  
pol. Eccles. lib. 1. c. 7. p. 78. latè Camerar. cent. 3. med. hist. pag. 163. & 164. & 168.  
& 185. M. Johannes Forthmannus orat. de Schol. Rodolph. Goclen. orat. de Scho-  
lar. necessit. & Doctr. addo & antiquitatem, de qua Althus. d. panig. latè Gual-  
ther. lib. 1. Dialog. de Schola p. 21. M. Ioan. Forthmann. d. orat. de Schol. pro di-  
gnitate exornare, animus non est.

### XX.

Suntque vel Universales, vel Particulares illas, quarum alia

Q. Triviales.

Triviales; alie Pedagogia seu Gymnasia ut Hamburgi, Sedini, Hagoniae, &c. satis autumo esse descriptas. Universalis vero, que Academia, Universitas, Schola publica appellatur, est publicè permissa societas discen-  
tium & docentium, ex privilegio Imperatoris, vel Pontificis, vel Principis, vel consuetudine immemorali, P. Gregor. 18. de Rep. c. 1 n. 7.  
M. Stephan. disp. de Academ. th. 1. In hisce ostenditur via salutis; custo-  
ditur scientia, & doctrinae clavis; ex his prodeunt, quorum scien-  
tia totus illuminat orbis, his ferè nunquam carere potuit orbis  
terrarum. Sed quid laudes earum recenseo? V. Camman. disp. 3. th. 36.  
Lips. in Lovan. lib. 3. c. 6. & seq. ubi de antiqu. Academ. Befold. cl. 1. disp. 12. th.  
28. M. Stephani lib. 3 p. 2. de Iurisd. c. 1. n. 19. & 20. Guazius de civili convers.  
lib. 2. mihi pag. 340. Quibus moribus: & qua eruditione Professores  
praediti esse debeant, scribere mei non est officij. Discrimino etiam  
Præceptores Scholasticos à Professoribus. Illi enim modicam vir-  
gis & baculis duntaxat castigationem: Hi jurisdictionem habent,  
M. Steph. lib. 3. de jurisd. part. 2. c. 2. num. 29. Iac. Benius de privileg. D.D. part. I.  
summ. 16 late Rebusus de priv. priv. 158. pag. 433. Male itaque illi, qui  
presunt juventuti docendo in Scholis Trivialibus, Professores no-  
minantur, quod plerumq; in Pædagogiis fieri experientia testatur.

## XXI.

Cæterum Professores in Aacademijs in certa Collegia & certas  
subordinatas classes, quos vulgo Facultates nominamus, distribu-  
tos esse videmus, ut nimis alij sint in Theologorum, alij Jure-  
tuum, alij Medicorum, alij Philosophorum. Facultatis Theologice  
Doctoribus merito primus omnium locus conteditur. Scientia  
namque Theologica est nobilior, & dignior omnibus aliis scientiis,  
ratione nobilioris subjecti: quod est Deus! Deinde ratione certioris  
veritatis: Denique ratione nobilioris, potioris, & salubrioris finis,  
qui est beatitudine æterna, Chassan. catal. glor. mund. part. 10. cons. 1. & seqq.  
Iun. 15 part. 2 Q. P. quest. 61.

## XXII.

Theologos proximi sequuntur I Ct. M. Stephan. d. c. 4. n. 18. & seq.  
Chassan. d. p. 10. Arnis 1. de Rep. c. 12. Iun. part 2. Q. P. q. 6. Qui quasi splendor  
firmamenti lucent, universumq; orbis corpus, veluti stella, & sidus  
matutinum profligatis errorum tenebris, irradiant, c. super 5. X. de  
Magistr. Coler. de process. execut. part. 1. c. 6. n. 132. M. Steph. tr. de nob. scient. n. 4.  
Iacob. Beniu de privileg. D.D. summ. 1. part. 1. n. 4. Hinc D.D. dicuntur No-  
biles, Nobilissimi, Præsertim Juris. I. providendum 7. c. de postulando l. dixit.

mus f. de excusat. l. 2. §. ult. ff. de excus. tutor. Tiraquell. de Nobil. c. 5. n. 3. & 4.  
Dn. Azar. Sturtz. disp. 2. Polit. th. 3. lit. b. p. 57. Cassiodor lib. 9. Epist. 7. Haenon. 2.  
Polit. 28. lit. p. Ioan. Lauterbach. tract. de armis & literis n. 59. Arniseus. 1. Polit.  
12. M. Steph. d. tract. de nob. scient. n. 3. Harp. orat. 10. annex. tract. de procurat. &  
satisfat. Iac. Benius de privil. DD. part. 2. summ. 56. Dn. Ioan. Halbr. orat. de  
privil. D. D. Praeserunturq; Nobilibus, simpliciter sic dictis, itmo Mi.  
litibus. Lancellot. templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 1. Dn. Azar. Sturtz. disp. 2. Polit.  
th. 3. lit. b. Tiraquel. de Nobil. c. 4. n. 16. & c. 8. per tot. Keckerm. lib. 1. S. P. c. 29.  
Bocer. lib. 1. de bello & duello c. 26. Chassan. cat. glor. mund. part. 9. consil. 1. Iac.  
Marin. tract. de summo Bono disp. 12. q. 10. M. Ebertus disp. Ethic. 7. Ogel. 2. q. 4  
Iac. Benius de privileg. D. D. part. 3. Summ. 54. Unde dignitas Doctoralis  
nobilitatem generis nequaquam obscurat. Myns. orat. de quest. ill. An  
dignitas doctoralis nobilitati officiat Wolfgang. Gruningius de ead. quest. Ar-  
noldus à Renger de ead. quest. Speckhan. cœt. 1. quest. 100. Ioan Hensle. disp. 3. Po.  
lit. th. 23. P. Friz. concl. 32. de Nob. lit. p. late. Et quanquam Doctor in digni-  
tate dicatur esse constitutus. Iac. Benius de priv. D. D. par. 3. summ. 62. nu. 1.  
Gratian. conf. 16. n. 7. lib. 2. Rol. à valle consil. 67. n. 9. Alexand. conf. 94. n. 2. lib. 1.  
& conf. 27. n. 6. lib. 2. Menoch. Conf. 126 lib. 2. Tiraq. de Nob. c. 28. n. 2. M. Steph.  
tr. de Nob. scient. n. 2 & 3. R. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 7. c. 2. n. 8. ob quam  
torqueri nequit. Parid. de Patoe tr. de Syndic. in v. Doctor versic. an Doctor  
Ec. mili p. 56. latè. Tiraq. de Nob. c. 29. n. 10. Bocerus de bello & duello lib. 1. c. 18.  
n. 7. Iacob. Benius de priv. D. D. part. 2. summ. 39. M. Steph. d. tr. de nob. scient. n.  
13. Rotg. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 7. c. 2. n. 14. Gomez. c. 13. V. Resol. lib. 3. n. 3.  
vers. Item reperitur prohibitus Halbr. orat. de privileg. D. D. Prosp. Farinac. lib. 1.  
de tortura tit. 5. q. 39. n. 38. & plures alij qui ab eo allegantur. Nec in carcera-  
ri Halbr. dict. orat. de priv. D. D. Iac. Ben. de priv. D. D. part. 2. q. 49. latè & ibi  
alleg. per. Tiraq. de nob. c. 20. n. 126. Menoch. de arb. iud. quest. q. 88. n. 7. Pruck.  
consil. 2. 321. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 169. M. Steph. d. tract. de nob.  
sci. n. 12. vid. sup. disp. 3. q. 44. Nec ad Tutelę aut Curę munus cogi. Iac. Ben.  
de priv. DD. part. 1. summ. 12. M. Steph. d. tract. n. 43. Recte itaq; testimoniij  
vel jurisjurādi præstandi causa domo ad tribunal evocari nō debet,  
sed judex necesse habet, quempiā ad eū mittere, qui testimoniū do-  
mi ab eo recipiat Halbr. d. orat. M. Steph. d. tr. n. 2. 5. Nec sine venia in jus  
vocari. Iac. Ben. part. 1. de priv. DD. summ. 17. M. Steph. d. tr. num. 32. Halbr. d.  
orat. puta à discipulis. Nec ad numera personalia, aut patrimonialia  
subeunda cogi possunt. Tiraquel. de nob. cap. 29. num. 13. Iacob. Benius

Q. 2

part.

part.3.sum.69.de priv. D.D.latè. M.Steph.d.tr.de nob.scienc. n. 34. Menoch.  
lib.2.arb.jud. quest.c.4. q.379.n.3. & seqq. Roland. à valle conf.66.n.36.lib.1.  
Halbrit. d.orat. Quodq; plus fidei Doctori, quam alij adhibeatur. Iac.  
Benius de priv. D.D.part.2.summ.53. latè M.Steph. d. tr. n.19. Halbrit. d.orat.  
horumque sententia pro lege servetur. Eberhard. in Topic. in loc. à loco  
ad leg. & in loc. ab auctor. Iac.Benius part.3.de priv. D.D. Summ. 80 latissimè  
ad eo ut consilium Doctoris vel auctoritas relevet succubentem  
ab expensis, quasi justam causam litigandi habuerit. Alexand. consil.  
76.n.11. lib.7. Ioan. Baptist. à Villab. comm. opin. in verbo Consilium. Iac.Benius  
part.2. de priv. D.D. summ.82. latiss. M.Stephan. d. tr. n.22. Geil. obseru.152.  
n.6. Hinc nec in causis Academicis eorum testimonium tanquam  
suspectum rejicitur. Dn. Ernest. Cothmannus Praecept. gl. honor. conf. Acad.  
14.n.19. eleg. & sòpi fabula. M.Stephan. d. tr. n.20. Quæ cum ita sint, quis  
non injuriam illis illatam atrocem reputaret, ita ut quilibet ad a-  
gendum admittatur. Iac.Benius de privileg. D.D. part.2.summ.42. & 48.  
latè & ibi alleg. M. Stephan. d. tr. n.9. Rotg Ruland. de commiss. part.1.lib.2.c.  
7.n.13. Halbrit. d.orat. de D.D.privileg. Tamen attestanti de consuetudi-  
ne, vel legum vel statuti intellectu simpliciter non creditur. Ioan. Fi-  
shard. conf.12. latin.n.7. & consil.lat.33. n.3. & conf.12. germ.n.7. & consil. 43.  
germ. n. 2. latè Dn. Ernest. Cothmann vol.1. Resp.38. n.43. & seqq. Forsterus  
disp.1. Instit. lib.1. th.38. Nigerinus. lib.1. disp.1. Instit. th.3.q.13. Mynsing. obs.  
lib.5. observ.69. Bocerus claf.1. disp.4. th.18. Et si deliquerit impune non  
feret: mitius tamen puniendus. Clarus §.fin.q.24. Covarruv. 2. war. re-  
sol.c.9.n.3. M.Steph. d. tr. n.18. Iac. Benius part. 2. de privileg. D.D. summ.41.  
Quæ omnia prædicta etiam Doctoribus non Professoribus, ut sunt,  
Advocati, Procuratores, convenient. Dn.Ernest Cothman. conf. Academ.  
14. ubi 20. ration probat, & 14. rationes dubitaudi refutat.

### XIII.

Ictos sequuntur Medici, qui ægris corporibus sanitatem, non  
aliter ac agricole sanis alimèta præstant. Cui, si Judeus, aut Apostata  
est, Christianus ægrotus nequaquam se curandum committere de-  
bet: mortem enim appetit, qui à Iudeo sanitatem exquirit: Fr.Ripa.  
tract. de peste cap. de remed. ad curand. pest fol. 23. à num. 92. usq; ad n. 59. Eber-  
hard. speckian. cent.1. q.14. Medici itaq; maximè periti eligendi Speckh.  
cent.1.q.13. Proinde dissectio anatomica à Medicis publ. boni, & util-  
litatis gratia suscipienda, ut hac consideratione, & inspectione in

CON-

conservandis, &c curandis corporibus vivorum peritiores fiant. Go-  
metz. tom. 3. c. 14. var. resol. n. 9. & Eman. Suarez in addit. ad Gomez. d. c. 14. lit.  
c. Menoch. de arbitr. judic. quest. cas. 185. n. 10. & seqq. Marquard. Freherus  
lib. 1. *ωαρεγγων*. c. 25. §. Caterum cadavera. Iul. Clarus lib. 1. recept. sentent.  
§. fin. q. 100. n. 2. Fr. Ripa. d. tract. c. de remed. præf. contr. pest. n. 142. Eber-  
hard. Speckha. d. cent. 1. quest. 8. Bertachin. in repert. verb. Cadavera vers.  
§. Qui igitur per imperitiam animo sanandi malam medicinam, ex  
qua ægrotus mortuus, propinavit, extra ordinem puniendus. Arg.  
l. respiciendum §. delinquunt. ff. de pœnis Fr. Ripa. d. tract. n. 70. fol. 33. Eberh.  
Speckh. d. cent. 1. q. 24. aut qui prostraxit curam, ut eo plus pecunia ab  
ægrotō extorqueat, & bursam eius evacuet, arbitrio Iudicis hoc  
casu pœna committenda est. l. si medicus 3. ff. de varijs & extra ord. cogn.  
Fr. Ripa. d. tract. n. 81. cum 4. seqq. pag. 33. Eberh. Speckhan. d. cent. 1. q. 29.  
Gratis quoque mederi non tenentur, sed salario eis debetur. Fr.  
Ripa. d. tr. n. 94. Eberhard. Speckhan. d. c. 1. q. 33. latè adeò ut nec ægrotum  
recidivantem pro eodem salario curare debeat, nisi ex iisdem hu-  
moribus & pristina causa, aut Medici culpa recurrat. Eberh. Speck.  
d. c. 1. q. 31. Specul. in rub. de Salariis §. postremo loco n. 1 Fr. Ripa. d. tract. fol.  
33 n. 138. cum 8 seqq.

## XXIV.

Vltimo loco sunt Philosophi, qui bonas artes, humanio-  
resq; literas, studiosæ juventuti proponunt. De quibus speciatim.  
nihil agam. Pergo ad alia. In qualibet autem Professorum facul-  
tate unus est, qui primas partes tenet, quem Decanum vocant, in  
quem omnem potestatem, & jurisdictionem collegialem transfe-  
runt. M. Steph. diff. de Acad. th. 17. & part. 2. de jurisd. lib. 3. c. 4. n. 6. & seqq.  
Ad eorum officium pertinet cura solemnis, & laudabilis, depositio-  
nis ritus, quo adolescentes ex scholis particularibus in Academi-  
am venientes, ad literarum studia alliciuntur, fastus eorum, & ar-  
rogantia deprimatur, ingenia & mores exploruntur. Cum nec ve-  
teres Philosophi neminem in Collegium, nisi prævio examine mo-  
rum & perceptæ scientiæ recipiebant. AGellius lib. 1. Noct. Attic. cap. 9.  
& lib. 20. c. 4. Bergæ in Norwegia nemo recipitur in collegium  
mercatorum, nisi ludos usitatos absolverit. Christopherus Calenus orat.  
de deposit. ritu. Luneburgi licet verus heres sit, tamen, nisi cupam  
per civitatis vicos ductitaverit, in possessionem salinariam non.

Q 3

admittitus

admittitur. Originem autem Depositionis deducimus ab Atheni-  
ensibus. ut ex Gregor. Nazianz. & alijs scribunt, M. Ioh. Dinkelius orat. de  
deposit. Christ. Calenus d, orat. Magist. Steph. lib.3. p. 2.6. 5. de jurisd. n. 4.  
§. 6. Introducam itaq; ex Friderici Widebrandi carmine Heroi-  
co de Typodepositionis, depositorem, officium & vestitum suum.  
explicantem.

Dogatis

Ne gravis offensus, nugis scurrilibus hospes  
Quærat in hac scena quid futilis bistrio quæram?  
Monstrosi pecoris ductor monstrosior ipse:  
Pauca locuturo placidas advertise mentes.  
Non miser è flamma parasitus ferula capto,  
Aut stolidus tantum magnorum docta virorunt  
Insulsa salibus convivia condio Mimus  
Funcus at officij mandato munere vultu  
Ludicra dum simulo spectacula, seria tracto;  
Rectius ac multi qui ritu temporis hujus  
Optima proponunt foris, intus pessima condunt.  
Mel quibus à labris, fet ab alto pectore manat,  
Aut qui decipiunt pompis, misus inq; recessu,  
Quam prima dederant promissum fronte tegentes.  
Ferrea vix præstant, dum sapientis aurea spondens.  
Testa, sub hac etiam latitat sapientia veste  
Scilicet hæ laura cornutaq; monstra ferocios  
Designant animos, effrenaq; colla juventæ.  
Qua tamen ad frugem posint ratione reduci,  
Ut domiti sapient, & munera debita præfent.  
Inspiens juvenis lada ferulaq; relicta  
Pulpite cum liro contendit ad alta scholarum;  
Multæ malis secum contagia moribus affert,  
Cæcus, ineptus, iners, stolidus, temerarius, audax,  
Et tamen impatiens, & recta monentibus effter;  
Contemptor legum, sciolus quem plurimus urget  
Fastus, & inflati persua sio turgida ventris,  
Iamq; levans cristas & conto vertice cirros  
Altius ingreditur, transversaq; crura reponens;  
Se putat à cunctis spectare & dicier, HIC EST,

Securis

Securus pretij, quo constet emenda farina,  
Rara avis in templo, raro auditoria cernens  
Crebrum interea vim consueta tabernas  
Visere cum socijs setians, cui pocula semper :  
Et citharae cordi, chorea, mollesq; corollae,  
Aleaq; & rubri chartacea symbola Regu  
Hac vita est juvenis, quem mens secura futuri  
Atq; arumnarum mortalis nescia vitae,  
At rapidis contra flaminis impulsa voluntas  
Raptat in exilium, nisi mox exercita curu  
Prima juventutis fervorem diluat etas,  
Stultitiamq; frequens doctrinæ corrigat usus.  
Ergo rudimentis opus est, quædamq; reatus  
Signa fero juveni primis adhibenda sub annis.  
Ut qui seu Phaeton conceperat æthera mente  
Iamq; ferebatur pronis effusus habenis  
Arduis, elatus, semper sublimia spirans.  
Depositus longeq; gradu inferiore locatus  
Serpere discat humi, caudamq; remittere supplex;  
Ne volet ante diem nondum crescentibus aliis,  
Verbis verberibus mentem mutare coactus.  
Hic armis opus est, variis opus instrumentis  
Huc directa mihi tota est, quam traxi, suppellexi,  
Horrida, materia similis, cui forma paratur,  
Serra, dolabra, bidens, dens, clava, novacula, pecten,  
Cum terebra tornus, cum lima malleus incus,  
Rastraq; cum rostris, cum furca & forcipe forspex  
His ego distortum nodoso robore truncum  
Tondeo, rundo, seco, rado, lavo, levigo, limo,  
Scalpo, sculpo, scabo, fodio, tero, torno, terebro,  
Divido, compono, frico, dedolo, cudo, recudo.  
Si qua juvante Deo, tam crasso è stipite possum  
Fingere Mercurium, & quod curvum est ponere rectum.  
Durior ista quidem teneri rasura videtur  
Filioli matrum, quam que subtilius istis  
Conveniant merito doministris debita: verum

Hoc tyrocinium est, hæc sunt præludia tantum  
Alterius longe gravioris nempè palæstræ  
In qua venturis omnes deponimur annis,  
Cumq; ferre dolet, cogéris plurima ferre.  
Tum vero quod nunc pateris, ludumq; jocumq;  
Dixeris esse, præt̄ quæ promet adulterior ætas.  
Hæc levis & brevis est, brevis est, & vix dolor unius heræ  
Illa quoad vivis, semper correctio durat,  
Mille molesta malis, plagiis obnoxia vita  
Perpetuus, hominumq; gradus extensa per omnes.  
Sic tibi Præceptor, si perges improbus esse.  
Deponet cristas, juncturus verbera verbis,  
Prævia resecturus morum contagia, donec  
Exueris agrestem animum, studioq; frequenti,  
Quas tibi proponet, perdiscas, sedulus artes.  
Traditus hinc templis, legali voce ministri,  
Excutienda reus dabis abdita viscera cordis,  
Occultas animæ jussus deponere fôrdes.  
Ut mala cognoscas & cognitæ tollere discas.  
His nisi parueris, deponet cornua carcer  
Lictorumq; manus, seu disciplina Magistri  
Ultima carnifex, qui quos depositit, eosdem  
Scandere quo nolint, non raro tollit in altum;  
Quod si quando tibi veniet sapientior ætas  
Iamq; aliis iterum præsse jubeberis ipse,  
Seu plebi Pastor, seu Consul civibus olim.  
Seu Dominus servis, uxori sive maritui:  
Tum vero centum venient tibi Depositores,  
Qui, que protuleris, que dixeris, omnia carpent  
Qui tibi multiplici curas ratione facebent,  
Atq; onus officij, nunc vi, nunc fraude gravabunt.  
Nobilis inde tibi, tibi rusticus, inde molestus  
Civis erit, vicinus erit, proprijq; propinquus.  
Nec tibi discipuli parcent qualisq; fuitki  
Ipse alijs, tales olim præceptor habebis.  
Sin eris Oeconomus, tibi turba domestica servi.

Mille

Mille struet fabricas ancilla secuta ministrum,  
Et famuli famulorum, & tu famulaberis iki.  
Senior his autem, nisi caveris, omnibus uxor  
Depositum subigeret, cum sceptra domestica sumes  
Imperiosa, dicax, mordax, morosa, rebellio,  
Quæ lotura caput, lixivio tinget aceto,  
Et tersura pilos crepidas pro pectine stringet  
Quisq; suos patimur nævos, non Doctor in aula  
Depositore caret, non Rex, non Papa, subinde  
Cum Deus ex alta deponat sede potentes.  
Hū ita defunctos tandem in commune sepulchrum  
Disponit Vespillo, hæc ultima depositura est.  
Hæc & plura puer ritu præsente moneris;  
Ut ventura statim mentem ad certamina firmans,  
Qua restant placide tolerare pericula discas.  
Tu modo Depositus, rerum, quas trado fidelis  
Depositror, fidus quoq; Depositarius esto;  
Quæ prævisa notas, minus olim tela nocebunt &c.

Deinde Decano incumbit, ut ille auditis prius aliorum suffragiis sententiam concipiat, Sigilloq; obsignet. M. Stephani lib. 3. de jurisd. part. 2 c. 4. n. 8. Denique si qui sunt qui ad dignitates promovere volunt, hi prius nomina sua Decano dare tenentur, quos ille postmodum toti collegio ad examen sistit, & si in eo bene steterint, publico testimonio virtutis & doctrinæ in publico actu exornat, & afficit Idem d. c. 4. n. 9. Cuius inaugurationis ritus brevissimis expono. In Cathedram evehuntur. Ann' ut meminerint, potestatem, & auctoritatem, tam publice, quam privatim docendi, disputandi, illis esse concessam? ann' ut fugiant Sophistarum & malignantium cathedram? Exhibitentur illis libri aperti & clausi. Cur aperti? ut libros sepe consulant, & memoriam, quæ alias debilius & intellectum, qui in multis admodum cœcus hisce velut fulcimentis adjuvent. Cur clausi? ut cum opus fuerit, absq; libri adminiculo, memoriter differere possint. Pilei imponuntur rotundi & purpurei. Ann' quod us olim Servi manumisi, ita & illi ex angustis studiorum carceribus emissi, in liberiorem docendi campum sint deducti & anne quia figura rotunda omnium

R.

CAP 4-

capacissima eorum mens quoq; omnium disciplinarum? Ann' cum huic colori  
facillime macula aspergatur, semper sese in Pietatis, Honestatis, & Virtutis se-  
mita regia, & egregia contineant? Annulus, Osculum, & Benedictio  
etiam illis confertur. ann' quod per annum doctrinarum studia etiam  
desponderi promitis velint? anni pacis, charitatis, & vita felicis symbola?  
Et tantum de officio Decani. Hoc observandum quod Decanus  
Facultatis Juridicæ Rostochiensis. Comes sit Palatinus; proindeq;  
Notarios, qui non solum in hac diœcesi sed universo Romano-  
Germanico Imperio recipiuntur, creat &c. quod jus à Rudolpho  
II.a.m.Imp. omnium largitionum fonte, per Magnif., Ampliss., &  
Consultiss. Vir.D. Jacob. Bordingium J. V. D. huius Academie  
quondam Professorem & Illustriss. Principum Megapolensi-  
um Cancellarium, jam Reipub. Patriæ Consulem clarissimum  
tanquam canalem in eos derivatum.

## X X V.

Priusquam autem ulterius pergam, quæstionem propo-  
nam hanc. An Spurijs Doctoratus, Magisteriatus, Licentiatus dignitas con-  
servi posse? Quod contra Francisc. vivum, & Alexandr. Rauden-  
sem, qui dicunt Spurium non magis posse Doctorem esse, quam  
ut Asinus sit homo, affirmare audeo, præserrim si digni, cum nec  
infamia facti notentur. M. Steph. de jurisd. lib.3. p.2. c. 14. num. 133. &  
cent. 2. Inst. quest. 81. lit. b. Menochius de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 434.  
n. 17. Thomingius decis. 48. n. 10. & seqq. Modest. Pistor. consil. 46. vol. 1. Valasc.  
decis. 17. Alciat. o. mag. 8. Palæott. de Notis c. 55. Dominic. Arumentus  
disp. 11. Inst. th. 9. licet contrarium velint Tiraquel. de Nobil. c. 15. n. 10. &  
seqq. Chassan. catal. glor. mund. part. ii. consil. 15. Hartm. Pistor. lib. 1. quest.  
c. 30. n. 410. Mynsing. 4. obser. 31. Geil. 2. obseruat. 88. Gometz. 1. var. resol.  
ii. n. 33. Thesaur. decis. 126. n. 2. & seqq. Bocerus Clas. i. disp. 11. th. ult. lit. d.  
Specckhan. cent. 1. quest. 71. n. 11. Iac. Benius de privil. DD. summ. 64. n. 6. Halbrit.  
erat. de DD. privileg. ann. Boceri tract. de bello & duell. pag. 319. & 320.

## X X VI.

Qui autem huic Reipub. Academæ præficitur, Magnifi-  
cus Dn. Rector appellatur, ad instar Præsidum sive Rectorum  
Provincialium. Vti enim Præsides in Imperio Romano provinci-  
as gubernantes, postea dicti sunt Rectores provincialium, qui ma-  
jori imperio & auctoritate post Principem in Provincijs prævalue-  
runt. I. 4. ff. de offic. præs. & ibid. VVesemb. Nævium Busum. Ita & Recto-  
res post Principem præfulgent. Hinc aurea sceptra, denotans re-

giam, & summam dignitatem, illis in publ. actibus ab Academia-  
rum famulis præferri videmus. Quod munus nec Barones, Comi-  
tes, Duces detrectare vidimus. Hinc Dux, vel Episcopus commo-  
rans studiorum causa in Academia, respectu magnificentie Recto-  
rem præcedere non debet, Ludou, Bologn, ad. d. A. habita C. ne fil. pro patr.  
M. Stephani lib. 3. de jurid. p. 2. c. 11. n. 15. & 19. Menoch. de arbitr. judic. quest.  
lib. 2. cent. 1. cas. 68. n. 24. & ibid. allegat. Quæ dignitas cum sit ardua, si de  
rebus seriis deliberandū, conciliū convocat, ne ex suo unius arbitrio  
& ingenio solus negotia occurrentia transigat, secus si de leviori-  
bus. Habet autem Rector jurisdictionem ordinariam. P. Heigius p. 2.  
2. q. 11. n. 4. Dn. Ernest. Cothm, resp. 1. Acad. n. 117. ubi plures allegantur, non  
solum in omnia membra universitatis, verum etiam in alios juris-  
dictioni universitatis non subjectos, puta per viam reconventio-  
nis. Ioach. Steph. lib. 1. de jurisd. c. 8. n. 54. & seqq. Besold. cl. 1. disp. 12. th. 29 M.  
Stephani disp. de Academ. th. 44. & lib. 3. de jurisdict. part. 2. c. 12. n. 18. Studi-  
osum enim conventum coram Rectore à cive, posse, eundem ci-  
vem coram Rectore reconvenire. Latè M. Stephani lib. 3. de jurisd. p. 2.  
c. 12. n. 19. & seqq. & disp. de Academij. contra si studiosus con-  
veniat civem coram suo Magistratu urbano: tunc civem conven-  
tum non posse studiosum coram eodem Magistratu urbano conve-  
nire putamus. Idem d. c. 12. n. 48. & seq. & disp. th. seq. An autem Recto-  
res Academiarum merum imperium habeant, hoc est, judices in  
causis criminalibus studiosorum sint? Quod affirmare non dubi-  
to cum Dn. Ernest. Cothmann. resp. 1. Acad. Late M. Stephani lib. 3. p. 2. de ju-  
rid. c. 12. n. 109. & seqq. Th. Michael. de jurisd. th. 96. Anonim. qui de jurisd. scr.  
mibifol. 109. Scip. Gentil. de jurisd. lib. 3. c. 27. Camman. de Iur. maj. disp. 3. th. 42.  
& seq. Illico. Vnumius. disp. 4. de proces. n. 66. Domin. Arumæus. disp. 2. ff. th.  
3. quest. ult. Paurmeift. de jurid. lib. 2. c. 8. contra Sicardum d. A. Habita. Mus-  
corn. de jurid. n. 76. P. Heig. d. 2. q. 11. n. 7. & seqq. Bodin de Rep. lib. 3. c. 7. p.  
520. Donell. lib. 17. Comm. 20. Treutlerus disp. 3. ff. th. 4. lit f.

## XXVII.

Qui itaq; à Decano absoluti, à Magnifico Domino  
Rectori, juramento præstito, matriculæ inscripti, statim in  
studiosorum numerum recipiuntur, eorumque privilegiis,  
& immunitatibus fruuntur: alias qui nomen & cognomen  
suum Rectori non professus, pro studioso non habetur.  
Donell. in A. habita C. ne filius pro patre Menoch. lib. 2. præf. 78. num. 3.

R 2

M. Steph.

M. Steph. de jurisd. lib. 3. c. 5. p. 21. 18. Schneider. ad §. paron. ff. de R. Divis. n. 4. Mascal. de prob. concl. 1036. Gail. 1. obs. 21. n. 5. & 9. Multa autem sunt studiosorum privilegia. De quibus latè Rebussus tr. sing. de privil. Ludov. Bologner. Rebuss. & alij ad. d. A. habita. C. ne filius pro patre M. Steph. lib. 3. de jurisd. p. 2. c. 7. 8. 9. & 10. per tot. Dn. Cothman. cons. Acad. 14. P. Greg. lib. 18 de Rep. cap. 7. Pacius de stud. privil. Eberh. Speckhan. cent. 2. dec. 1. q. II. 12. & 13. & seqq. Quorum quædam brevissimis recensebo, studentes pro repræssaliis capi non possunt, Reb. pr. 150. M. Steph. c. 9. per tot. Habant exemptionem à vectigalibus, non solum pro persona, sed & libr. & reliquæ suppellectile. Sixtinus de Reg. c. 8. n. 14. M. Steph. disp. de Acad. th. 29. & p. 2. lib. 3. de jurisd. c. 8. n. 15. Rosenth. de feudis p. 1. c. 5. concl. 47. n. 1. lit. 4. Reb. de privil. 146. p. 402. Adeò ut Publicanus, qui eos coëgit, ad solvendum, capitali poena puniatur. Reb. pr. 148. nec arcum aperire potest, nisi auctoritate magistratus. Reb. pr. 147. p. 407. Nec libri ejus vivis ex aliqua causa possunt auferri. Reb. pr. 113 p. 349. nec tacite oppignorantur libri inventi in domum conductam. Rebuss. pr. 19. p. 85. M. Steph. disp. de Acad. th. 36. Zasius ad §. Serviana ff. de Actionibus. n. 23. Schneid. ad §. serviana. n. 43. Sichardus ad rubr. C. de pign. & hypoth. n. 18. M. Steph. lib. 3. p. 2. c. 10. n. 41. de jurisd. Et cum constet à Magistratus Municipalis dominio, potestate, & jurisdictione, studiosum exemptum esse, eiusque ordinarium magistratum Rectorem esse, Dn. Ernest. Cothm. Resp. Acad. 19. n. 7. M. Steph. lib. 3. part. 2. c. 11. n. 1. Sequitur sine Rectoris consensu, nec interdiu, nec noctu studiosum incarcerari posse, Dn. Ernest. Cothm. Resp. Ac. 5. per tot. aut si furtum commisit, poena laquei in gladii commutari potest, cum nihil intersit, humine an sublimi putrescat, gladiione feriatur, aut laqueo spiritus elidatur, utraq; pena est atrox, utraq; ultima, utraq; putidum illud Academ. membrum resecat, Vid. discursum veridicum & juridicum Rev. Concilij in alma Academia Rostochiensi de criminali negotio castritiano. Dn. Ernest. Cothm. Cons. 50. Acad. per tot. Clar. §. fin. q. 60. r. 24. Tiraq. de Nob. c. 20. n. 107. M. Steph. de nob. scient. n. 19. lac. Benius. de privil. DD. part. 2. sum. 43. Ultimo addo, quod is, qui studiosum appellat pauperem, si id fecerit animo injuriandi, actione injuriarum teneatur. si creditores, 16. ff. de privil. cred. l. 19. ff. de injuriis. si non convicij. C. de injur. Existimationi enim & dignitati alicuius officit paupertatis objectio d. l. 16. & l. 6. C. de susp. tut. & Novell. 90. c. 1. Sed manum de tabula.

Confero

## XXIX.

*Peregrinatio  
modus.*
72

Confero me ad modum peregrinandi. Peregrinatio enim et si res difficilis, amara & multis periculis exposita, tamen ei, qui ad terump. gubernacula tandem aliquando sedere in animo habet, adeò necessaria, ut à me Vix dici, non dicam verbis exornari possit. De cuius utilitate & necessitate orationes non inelegantes, Nob. Dn. Fabianus ab Ostavu Eq. Borus. amicus meus sing. hic Rostochij & Balthasarus Schimmel-pfennig. Argentorati habuerunt. Vid. etiam Iunium vol. 1. Orationum. p. 602. & seqq. ubi, an peregrinandum novem orationibus differit. Besold. cl. 2. disp. 1. th. 21. Hieron-Turler. lib. 1. de peregrin. c. 7. & duobus seqq. Iulius. Bell. Herm. polit. lib. 1. Hercul. odic. fol. 13. Herm. Kirchner. Oratione 5. & 6. Eberhardū à Weihe satius Waremundum ab Erenberch in versis literis tract. de succēs. prærog. B. r. fac. 2. Loijß. tr. de arte peregrin. Illustris. Principis ac Dn. Dn. Frid. Achil. Duc. Wurtem. &c. Consult. de provinciis Europæ fol. 13. & passim alibi Guaz. de civ. conversib. 2. p. 247. & seqq. Iunium p. 2. q. 44. in utr. part. Casum lib. 5. S. C. c. 60. p. 341. late. Peregrinandum itaque, non, ut Plato voluit, lib. 12. de LL. adimpleto anno 50. Besold. cl. 2. dis. 1. th. 23. Iac. Mart. Cent. 5. dec. 4. q. 9. Sed florente ætate & confirmato judicio, Nec satis est, ut plerique factitant, regiones, urbes, planities, montes, colles, valles, castella, amphitheatra, templa, palatia, columnas, hortos, aquæductus, &c; videre: Verum necessarium est statum uniuscujusque Reip. modum gubernandi & parendi, vivendique leges, mores, naturas populorum quam diligentissime perspicere. Ergo requiritur, ut sit bonus Politicus; ut possit status imperij dignoscere. Ethicus, ut affabilitati, & taciturnitati, & aliis virtutibus studeat. Historicus, ut res gestas eorum, ad quos peregrinationem instituit, sciat. Antiquarius, ut si quæ antiqua & mirabilia, observet. Mathematicus, ut rectavia peregrinetur: urbes, castella cum fructu oculis usurpet, in orbem verset, depingat. Quoniam a. hæc omnia in juvenes non cadant, & ne inutiliter peregrinas invisant regiones: Consilium esto, ut prius, cum doctis, qui multorum (liceat verba Homeri ad Ulyssem corrumpere) hominum mores & urbes vide-re, conversetur, Historicos, Geographicos, Itineraria. Casp. Ens Delicias Apodemicas &c: pervolvat, & ex iis brevissimis notatu digna in urbe, & res gestas consignet. quam itineri se accingat, ut curiosus de iis quæ legerit, inquirere possit. In itinere sedulus, mo-

destus, simulator & dissimulator interdum, non tamen in Theologi-  
cis: Humanus esto: omniaq; circumspecte agito. An a, quis, quæri-  
tur, salva conscientia, concionibus, ritibus, missæ, & alijs ceremoni-  
is & superstitionibus impijs, tam Calvini sequarum, quam Ponti-  
ficiorum, Anabaptistarum &c: interesse possit? Si id fiat ex ratione  
officij, non animo temerario, aut Hypocritico, applausibiliq; rectè  
affirmamus. Winckelm. fasc. Th. Theolog. disp. 13. th. 6. & 7. Velsten. inviri-  
*for qst. 16. Ethic.*  
*Conscientia*  
*pugnare nre*  
*Sententia le*  
*reverendissimis?*  
da. Ethi. disp. 11. Corol. 9. Sagittari. Exerci. Exoter. 11:th. 2. lit. F. pag. 270.  
Velsten. Exe. Ethi. 11. q. 4. Christian. Mathiae. part. 2. disp. 6. Polith. th. 34. Licet  
Petrus Martyr. cl. i. L: com. c. 10. satis rigide contrarium afferat: Ex itine-  
re reversus cultiores mores si quos adsumpisti, ne abjicias, nec pa-  
ternos fastidias. Omnibus enasci, ridiculo propinunt, qui, verba-  
sunt Illust. Princ. ac Dn. Dn. Frid. Achil. consult. de Princip. inter  
Prov. Europæ. pag. 7. vix è conspectu patriæ telluris in oras Digres-  
si peregrinas. Si Galliam limis oculis aliquando adspexerunt; Gal-  
lica omnia. Si alterum pedem in Hispaniam, Hispanica omnia. Si  
in Anglia pernoctarunt, Anglicæ omnia, & undecunque tandem  
peregrè redierunt, peregrina omnia, mores, gestus, incessus, vesti-  
tum, ceremonias, lingua histriónica temeritate ac stultitia probant,  
jactitant, extollunt, Germanicis & paternis omnibus neglectis, fa-  
stiditis, rejectis. Cujusmodi histriónem, eumque Anglum Thomas  
Morus hoc Epigrammate graphice depinxit.

Amicus & sodalis est Latus mihi,  
Britanniaq; natus, altusq; Insula:  
At cum Britannos Gallie cultoribus  
Oceanus ingens, lingua, mores, dirimant;  
Spernit tamen Latus Britannica omnia,  
Miratur, expeditq; cuncta Gallica:  
Toga superbit ambulans in Gallica;  
Amatq; multum Gallicas lacernulas;  
Zona, locello, atq; ense gaudet Gallico,  
Et calcis, & subligare Gallico.  
Totoq; deniq; apparatu Gallico.  
Nam & unum habet ministrum, eumq; Gallicum;  
Sed quem, licet velit, nec ipsa Gallia

T14-

Tractare quiret plus, opinor, Gallicè:  
Stipendij nihil dat, atq; id Gallicè:  
Vestig; tritū pannulus, & Gallicè hoc:  
Alit cibo parvo & malo, idq; Gallicè:  
Labore multo exercet, atq; hoc Gallicè:  
Pugnisq; crebro pulsat, idq; Gallicè:  
In cætu, & in via, & foro, & frequentia,  
Rixatur objurgaturq; semper Gallicè.  
Quid? Gallicè illud? imo semi-Gallicè.  
Sermonem enim, ni fallor, ille Gallicum  
Tam callet omnem, quam Latinum psittacu.  
Crescit tamen, sibiq; nimirum placet;  
Verbis tribus si quod loquatur Gallicu:  
Aut Gallicis si quid nequit vocibus,  
Conatur id verbis licet non Gallicis  
Sonoq; saltē personare Gallico,  
Palato hiantē, acutulo quodam sono,  
Et fœminæ instar garrientis molliter,  
Sed ore pleno, tanquam id impleant fabæ;  
Balbutieus videlicet suaviter,  
Præsis quibusdam literis, Galli quibus  
Ineptientes abstinent; nihil secus  
Quam vulpe gallus, rupibusq; navita.  
Sic ergo linguam ille & Latinam Gallicè,  
Et Gallicè linguam sonat Britannicam,  
Et Gallicè linguam refert Hispanicam,  
Et Gallicè linguam refert Lombardicam.  
Et Gallicè linguam sonat Germanicam,  
Et Gallicè omnem, præter unam Gallicam.  
Nam Gallicam solam sonat Britannicè. &c.

Quod non ineptè in plerosque Germanos dici potest; Ve-  
rum instituti memor, hujus disputationis ultimam  
lineam ducam.








## XXIX.

Confero me ad modum peregrinandi. P  
etsires difficilis, amara & multis periculis exposit  
gerump. gubernacula tandem aliquando sedere  
adeò necessaria, ut à me Vix dici, non dicam verb  
De cuius utilitate & necessitate orationes non inelegante  
ab Ostavu Eq. Borus. amicus meus sing. hic Rostochij & Ba  
pfenning. Argentorati habuerunt. Vid. etiam Iunium vol  
& seqq. ubi, an peregrinandum novem orationibus differi  
th. 21. Hieron. Turler. lib. 1. de peregrin. c. 7. & duobus seqq.  
lit. lib. 1. Hercul. odic. fol. 13. Herm. Kirchner. Oratione s. &  
satus Waremundum ab Erenberch in versis literis tract  
fac. 2. Lojib. tr. de arte peregrin. Illustris. Principis ac Dn.  
Wurtem. &c. Consult. de provinciis Europæ fol. 13. & p  
civ. convers. lib. 2. p. 247. & seqq. Iunium p. 2. q. 44. in u  
S. C. c. 60. p. 341. latè. Peregrinandum itaque, non, ut  
de LL. adimpleto anno 50. Besold. cl. 2. dis. 1. th. 23. lac  
q. 9. Sed florente ætate & confirmato judicio. N  
trique factitant, regiones, urbes, planities, mor  
castella, amphitheatra, templa, palatia, column  
ductus, &c: videre: Verum necessarium est statu  
Reip. modum gubernandi & parendi, vivendique  
turas populorum quam diligentissimè perspicere  
ut sit bonus Politicus; ut possit status imperij di  
ut affabilitati, & taciturnitati, & aliis virtutibus  
cūs, ut res gestas eorum, ad quos peregrinatione  
Antiquarius, ut si quæ antiqua & mirabilia, obse  
cūs, ut recta via peregrinetur: urbes, castella cur  
surpet, in orbem verset, depingat. Quoniam a.  
venes non cadant, & ne inutiliter peregrinas i  
Consilium est o, ut prius. cum doctis, qui multo  
Homeri ad Ulyssem corrumpere) hominum me  
re, conversetur, Historicos, Geographicos, Iti  
Delicias Apodemicas &c: pervolvat, & exiis b  
digna in urbe, & res gestas consignet. quam itir  
curiosus de iis quæ legerit, inquirere possit. In it

R. 3



the scale towards document

0174

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.

P. 227.  
R. 3